Osk. Brenner Nord- u. Mitteleuropa in den Schriften der Alten bis zum Auftreten d. Cimbern u. Teutonen. München 1877. diss.

Cougny Γαλλικῶν συγγραφεῖς ἑλληνικοί etc. I. 1878/9. II. 8. (I Geographen u Historiker bis z. Zt. d. Aug.)

GERMANIA ANTIQVA

CORNELII TACITI LIBELLVM

POST MAVRICIVM HAVPTIVM CVM ALIORVM VETERVM AVCTORVM

LOCIS DE GERMANIA PRAECIPVIS

EDIDIT

KAROLVS MVELLENHOFFIVS

BEROLINI

APVD WEIDMANNOS

A. MDCCCLXXIII

TACITI

GERMANIA.

Mauricius Hauptius, cum a recognoscendo iterum hoc libello aliis curis detineretur, rogatus a me subsidiis quae in eum finem ab amicis impetraverat uti benigne concessit. unum vero fere illud mihi agendum esse censui ut quae in libris, e quibus prae ceteris archetypi exemplaris imago ipsaque Taciti verba repetenda sunt, scripta inveniuntur, et verius et plenius quam adhuc usque factum est traderem. quod quidem fieri potuit egregia diligentia qua Adolfus Michaelis Vaticanos 1862 (*B*) et 1518 (*C*) et alius nescio quis, cui id ab Ottone Iahnio mandatum erat, Leidensem (*b*) contulerant, ita ut quid praesertim in hoc libro alteri manui correctoris vel interpolatores (β) debeatur, iam dubium non sit. praeterea, ut errores et neglegentia alterius Vaticani (*C*) quodam modo compensarentur, addidi lectiones codicis Neapolitani (*c*), quas pari erga me benevolentia Ernestus Martinus et Ulricus de Wilamowitz-Möllendorff in meum usum enotaverunt.

Berolini d. VI m. Iulii MDCCCLXXIII.

K. M.

1 GERMANIA omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur: cetera Oceanus ambit, latos sinus et insularum immensa spatia complectens, nuper cognitis quibusdam gentibus ac regibus, quos bellum aperuit. Rhenus, Raeticarum Alpium inaccesso ac praecipiti vertice ortus, modico flexu in occidentem versus septentrionali Oceano miscetur. Danuvius, molli et clementer edito montis Abnobae iugo effusus, pluris populos adit, do-

CORNELII TACITI DE ORIGINE ET SITV GERMANORVM LIBER INCIPIT *B* (*f.* 1[a]), CORNELII· TACITI· DE ORIGINE· SITV· MORIBVS· AC POPVLIS· GERMANORVM LIBER· INCIPIT: ~ *b* (*f.* 31[a]), · C· Cornelii Taciti de origine et situ germanorum *C* (*f.* 189[b]), C· CORNELII TACITI DE ORIGINE ET SITV GERMANIĘ LIBER INCIPIT *c*. 1, 1. agallis *et praepositiones fere semper cum sequentibus iungit c*. Raetisque *Cellarius*, rętiisque *Cc*, Retiisque *B*, rhetiisque *b*. 2. danubio *Bbc*. daciísq; *pr C*. 3. motuo *b*. seperatur *BbC*. coetera *et similiter saepius vel* cęter- *b*, cętera *vel* caeret- *Cc ubique*. occeanus *C ubique*. 5. conplectens *C*. 6. ræticarum *c*, Reticarum *B*, rheticarum *b*, rętiicarum *C*. 7. ī accessu *C*. 8. in *supra versum b*. ccceano *c fere ubique*. 9. miscēt[ur] *C*. danuuius *in* danubius *corr* c^2, Dañuuius *C*, danubius *Bb*. 10. Abnobae *Rhenanus*, Arnobę *et in margine* Arbonae *B*, arbonę *b*, arnobae *in* arbonae *corr c*, arbone *C*. effufsus *C*. plures *Cc*.

nec in Ponticum mare sex meatibus erumpat: septimum os paludibus hauritur.

2 ipsos Germanos indigenas crediderim minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis mixtos, quia nec terra olim sed classibus advehebantur qui mutare sedes quaerebant et immensus ultra utque sic dixerim adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur. quis porro, praeter periculum horridi et ignoti maris, Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, asperam caelo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit?

celebrant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae et annalium genus est, Tuistonem, deum terra editum, et filium Mannum originem gentis conditoresque. Manno tris filios assignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones, medii Herminones, ceteri Istaevones vocentur. qui-

12. hos *C.* auritur *C,* h *supra versum* c^2 *i. e. ab altera manu.*

2, 2. ospitiis β, ospitiis *C.* mistos *b.* 5. ore *C.*

6. e' horridi *b.* 7. affrica—ytalia *C.* 8. germania *C.* peteñt *b.* coelo *b.* 9. nisi (n^i *C*) si *BCc,* nisi *b, virgulam' supra addidit* β. 11. analiũ *C.* sit *C.* Tuistonē *C,* Tristonē *et in margine* Tuisman *B,* tristonē *b*, tui *supra* tri β, Bistonem *c.* 12. et *Ccb,* t *virgula' notavit* β, ei *B.* Mannun *c.* 13. conditoresque *Rhenanus,* conditorisque *Bbc,* conditoris *C.* tres *Cc.* 14. e *om C.* ingeuones *BbC,* ingeuones β, ingaeuones *c.* 15. Hermiones *BbC,* hermi^{n}ones β, herminones *c.* isteuones *C.*

dam, ut in licentia vetustatis, pluris deo ortos plurisque gentis appellationes, Marsos Gambrivios Suebos Vandilios, affirmant, eaque vera et antiqua nomina. ceterum Germaniae vocabulum recens et nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint. ita nationis nomen, non gentis, evaluisse paulatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox etiam a se ipsis invento nomine Germani vocarentur.

fuisse apud eos et Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium ituri in proelia canunt. sunt illis haec quoque carmina quorum relatu, quem barditum vocant, accendunt animos futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur. terrent enim trepidantve prout sonuit acies, nec tam vocis ille quam virtutis concentus videtur. affectatur praecipue asperitas soni et fractum murmur, obiectis ad os scutis, quo plenior et gravior vox repercussu intumescat. ceterum et Vlixen quidam **3**

16. plures *Cc*. pluresque *BbCc*. 17. Gābriuios *B*, ganbriuios *C*, gabrinios *b*, v *supra* n β, gambrivios *c*. Sueuos *BbCc*. 18. uandalios *b*. enque *C*. 21. ac *BCc*, ut *b*. 22. sūt *C*. 24. etiam *Bb*, & *C*, *om c*.

3, 2. p̃lia *b*, p̄lia *C*, praelia *c*. 4. baritum *supra* barditum c^2. 6. sonuit sonuit *C*. 7. vocis ille — videtur *Rhenanus*, uoces ille (illę *c*, ille q; *C*) — uidentur *BbCc*. 8. prȩcipiue *C*. factum *c*. 9. obiectis *Bb*, abiectis *c*, dictis *C*. ad ęos *B*, ados *C*, *om c*. 10. ulixen *Cc*, Vlyxen *B*, Vlyssem (ss *in litura*) *b*.

opinantur longo illo et fabuloso errore in hunc Oceanum delatum adisse Germaniae terras Asciburgiumque, quod in ripa Rheni situm hodieque incolitur, ab illo constitutum nominatumque . . . . : aram quin etiam Vlixi consecratam adiecto Laertae patris nomine eodem loco olim repertam, monumentaque et tumulos quosdam Graecis litteris inscriptos in confinio Germaniae Raetiaeque adhuc extare. quae neque confirmare argumentis neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque demat vel addat fidem.

4 ipse eorum opinionibus accedo qui Germaniae populos nullis aliis aliarum nationum conubiis infectos propriam et sinceram et tantum sui similem gentem extitisse arbitrantur. unde habitus quoque corporum, quamquam in tanto hominum numero, idem omnibus; truces et caerulei oculi, rutilae comae, magna corpora et tantum ad impetum valida:

11. erore si in *C*. 12. Asciburgiumque *Bc*, astiburgiumque *b*, c *supra* t *adscripsit* β, Assiburgiumque *C*. 13. hodie *Cc*. 14. nominatumque *sine lacuna b, sed in margine* deest β, nominatumque ασκιπυργιον *B* ἀσκιπύργιον *Cc*. 15. Vlyxi *B*, Vlyssi (ss *in litura*) *b*. 16. eo loco *C*. reperta *c*. monimētaq; *C*. 18. Rętięque *B*, rętiaeque *c*. retięq; *C*, rhetiaeque *b*.

4, 2. populis *Cc*. aliis *delendum putat Lipsius*. natõibus (nū *supra*) *b*. connubiis *libri*. 4. habitus coporũ (o *supra*) q; *C*. 5. quamquam *b*, q̃ q̃ *et in margine* al' tanq̃ *B*, tāq̃; *C*, tanquam *et supra* ² q (u) q (u) *c*. 6. cęrulei *C*, cerulei *c*, ceruli (ł lei *supra*) *B*, ceruli *b*. 7. et tamē *C*.

laboris atque operum non eadem patientia; minimeque sitim aestumque tolerare, frigora atque inediam caelo solove assuerunt.

terra etsi aliquanto specie differt, in universum **5** tamen aut silvis horrida aut paludibus foeda, humidior qua Gallias, ventosior qua Noricum ac Pannoniam aspicit, satis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fecunda, sed plerumque improcera. ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis: numero gaudent, eaeque solae et gratissimae opes sunt. argentum et aurum propitiine an irati dii negaverint dubito. nec tamen affirmaverim nullam Germaniae venam argentum aurumve gignere: quis enim scrutatus est? possessione et usu haud perinde afficiuntur. est videre apud illos argentea vasa, legatis et principibus eorum muneri data, non in alia vilitate quam quae humo finguntur: quamquam proximi ob usum commerciorum aurum et argentum in pretio habent formasque quasdam nostrae pecuniae agnoscunt atque eligunt;

8. patia *pr c*, patĩa c^2. 9. satim — tollerare *C*. 10. coelo *b*. solve *c*, -ve˜ c^2. assuerunt (ł int) *B*, assueuerunt *Cc*.
5, 1. spetie *c*. 2. feda *Bb*. 3. quã *c*. Galliá, *pr* Gallias *b*. q̧ *c*. aut *C*. 4. ferax *om C*. 5. inpatiẽs *C*. pecudum (or) *b*. foecunda *Cc*. plerunque inprocera *c*. ĩ procera *C*.
7. ęque *b*, Eeque *B*, eãtq; *C*, eatque *c*. dapes (o) *B*.
8. propitii *Cc*. 9. negauerũt *C*. 11. et *bCc*, etiam *B*.
12. aut *C*. perinde (ł pro) *B*, proinde *Cc*. 14. fingutur *b*.
15. sum *C*. commertiorum *Cc*. 16. precio *B*, prętio *C*, praetio *c*.

interiores simplicius et antiquius permutatione mercium utuntur. pecuniam probant veterem et diu notam, serratos bigatosque. argentum quoque magis quam aurum sequuntur, nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum facilior usui est promiscua ac vilia mercantibus.

6 ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum colligitur. rari gladiis aut maioribus lanceis utuntur: hastas vel ipsorum vocabulo frameas gerunt, angusto et brevi ferro, sed ita acri et ad usum habili ut eodem telo prout ratio poscit vel comminus vel eminus pugnent. et eques quidem scuto frameaque contentus est, pedites et missilia spargunt, pluraque singuli, atque in immensum vibrant, nudi aut sagulo leves. nulla cultus iactatio; scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt. paucis loricae, vix uni alterive cassis aut galea. equi non forma, non velocitate conspicui. sed nec variare gyros in morem nostrum docentur: in rectum aut uno flexu dextros agunt, ita coniuncto orbe ut nemo posterior sit.

18. mertium *C.* 19. probāt *bis C.* 20. ligatosque *C.* 21. secuntur *Cc.* affectione *Cc,* affectatione *Bb.*

6, 1. Nec — q̱dē sup̱est quidē *C.* 2. tellorum *C.* 3. tello *C.* cominus *b.* 6. pugn & *C.* 7. parmeaque *c.* missillia *C.* 8. atque ī ī mensum *Cc,* atque ī mensum *Bb,* in *supra adscripsit* β. 10. lętissimis colḷoribus *C.* distingunt *BbCc.* 11. aut galea *Rhenanus,* aut galeę *Bbc,* augaleę *C.* 12. uariare *BCc,* uarietate *b.* 13. giros *C.* 14. dex(tros vel sinis)tros *Adolfus Michaelis.* coniuncto *et*

in universum aestimanti plus penes peditem roboris; eoque mixti proeliantur, apta et congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum quos ex omni iuventute delectos ante aciem locant. definitur et numerus: centeni ex singulis pagis sunt, idque ipsum inter suos vocantur et quod primo numerus fuit iam nomen et honor est.

acies per cuneos componitur. cedere loco, dummodo rursus instes, consilii quam formidinis arbitrantur. corpora suorum etiam in dubiis proeliis referunt. scutum reliquisse praecipuum flagitium, nec aut sacris adesse aut concilium inire ignominioso fas; multique superstites bellorum infamiam laqueo finierunt.

reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. 7
nec regibus infinita aut libera potestas, et duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praesunt. ceterum neque animadvertere neque vincire,

in margine cuncto *B*, cuncto *b*, coniuncto *supra versum* β, concto *C*, cuncto *et supra* cõuicto *c*.

16. existimanti *Cc*. 17. misti *b*. prae-p̄-prę-preliantur *libri et similiter ubique*. ex *c*. 19. delectos [ł di] *B*.

20. centeni — numerus *om C*. 21. quod *c*, quidem *Bb*, *corr* β. primo [us] *B*. 23. cũcos *C*. 24. fortitumidinis *b*.

25. etiam *Bbc*, & *C*. p̄diis *C*. 27. consilium *C*.

28. infameam *C*.

7, 1. summunt *c*. 2. aut *Bc*, ac *Cc*. et *Cc*, etiam *Bb*. 3. pronti *C*. 4. agũt *C*. 5. q [c]; *corr in* neque *C*.

ne verberare quidem nisi sacerdotibus permissum, non quasi in poenam nec ducis iussu, sed velut deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. effigiesque et signa quaedam detracta lucis in proelium ferunt. quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiae et propinquitates; et in proximo pignora, unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores: ad matres, ad coniuges vulnera ferunt; nec illae numerare et exigere plagas pavent, cibosque et hortamina pu-
8 gnantibus gestant. memoriae proditur quasdam acies inclinatas iam et labantes a feminis restitutas constantia precum et obiectu pectorum et monstrata comminus captivitate, quam longe impatientius feminarum suarum nomine timent, adeo ut efficacius obligentur animi civitatum quibus inter obsides puellae quoque nubiles imperantur. inesse quin etiam

7. penam *B*. ueluti *C*. 8. impręliũ *C*. 10. fortitudis *C*. 11. neque *b*. 12. aut *ante* propinquitates *Bb*, et β*Cc*. 13. foeminarum *bc*. 14. ululatus foeminarum *C*. 16. vulnere *C*. ille numerat *C*. enumerare *b*. et *Cc*, aut *Bb*. 17. et *om C*. ortamina β*C*.

8, 1. prodere *c*. 2. inclinas *C*. foeminis *bc*. 3. pręco *Cc*. monstrate *C*. 4. cominus *Cb*. inpatiẽtius *C*, impatius *c*. foeminarum *Ccb et similiter infra*. 5. efficatius *BC*. 7. nobiles *b*, nobiles *BCc*. imperentur *b*.

sanctum aliquid et providum putant, nec aut consilia earum aspernantur aut responsa neglegunt. vidimus sub divo Vespasiano Veledam, diu apud plerosque numinis loco habitam: sed et olim Albrunam et compluris alias venerati sunt, non adulatione nec tamquam facerent deas.

deorum maxime Mercurium colunt, cui certis **9**
diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Martem et Herculem concessis animalibus placant. pars Sueborum et Isidi sacrificat. unde causa et origo peregrino sacro parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum liburnae figuratum docet advectam religionem. ceterum nec cohibere parietibus deos neque in ullam humani oris speciem assimulare ex magnitudine caelestium arbitrantur: lucos ac nemora consecrant deorumque nominibus appellant secretum illud quod sola reverentia vident.

auspicia sortesque ut qui maxime observant. **10**

9. neglegunt *B*, negligunt *bCc*. 10. Veledam *Bc*, Valedā *C*, uoledam *b*. 11. Albrunam *Wilhelmus Wackernagelius*, auriniam *BbC*, fluriniam *c*, *sed B in margine* Albriniam, *b* l'Albriniam, *c ab altera manu* albriniam *supra adscriptum habent*. 12. cũplures *C*, complures *c*. 13. neque *b*. tanquam *Bc*.

9, 3. herculem ac martem *Cc*, et herculem *post* placant *Bb*. 4. sueuorum *Ccb*, Suenorum *B*. 5. peregrinorum *C*. 6. figuratum — parietibus *bis scripta in C*. 7. adıecta *et mox* adiectam *C*. 8. spetiem *c*. 10. consacrant *Cc*. numinibus *supra scriptum* c^2.

10, 1. auspitia *C*. 9ſ'uāt *C*.

sortium consuetudo simplex. virgam frugiferae arbori decisam in surculos amputant eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. mox, si publice consuletur, sacerdos civitatis, sin privatim, ipse pater familiae, precatus deos caelumque suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatur. si prohibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem consultatio; sin permissum, auspiciorum adhuc fides exigitur. et illud quidem etiam hic notum, avium voces volatusque interrogare. proprium gentis equorum quoque praesagia ac monitus experiri. publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis, candidi et nullo mortali opere contacti: quos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps civitatis comitantur hinnitusque ac fremitus observant. nec ulli auspicio maior fides, non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes: se enim ministros deorum, illos conscios putant. est et alia observatio auspiciorum qua gra-

2. est simplex *C*. 4. tenere *supra* temere c^2. 5. nox sin *C*. consulitur *Walchius*, consulatur *Rhenanus*, consultetur *Halmius*. 6. sanctitatis *c*. 7. coelumque *b*. suppliciens *C*. 9. interpretationem *C*. prohibue^{r}āt *C*.
13. getis *B*. equorum quoque *Bbc*, equorũq; *C*.
16. pressaͦs *b*. 17. sanctitatis *c*. hinnitusque *Bb*, himnitus *C*, hinnitus *c*. 18. auspitio *C*. 19. sed *C*, sed etiam *Meginhardus*, *om Bbc*. 20. illos *Ccβ*, istos *Bb*. consios putat *C*. 21. observatio *ex* opservatio *corr b*. auspitiorum *C*.

vium bellorum eventus exploratur. eius gentis cum qua bellum est captivum quoquo modo interceptum cum electo popularium suorum patriis quemque armis committunt. victoria huius vel illius pro praeiudicio accipitur.

11 de minoribus rebus principes consultant, de maioribus omnes, ita tamen ut ea quoque quorum penes plebem arbitrium est apud principes pertractentur. coeunt, nisi quid fortuitum et subitum incidit, certis diebus, cum aut incohatur luna aut impletur: nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt. nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur. illud ex libertate vitium, quod non simul nec ut iussi conveniunt, sed et alter et tertius dies cunctatione coeuntium absumitur. ut turba placuit, considunt armati. silentium per sacerdotes, quibus tum et coercendi ius est, imperatur. mox rex vel princeps, prout

22. exploratur *B, corr ex* explorātur *b,* explorant *Cc.*
23. captiuom *B.* $\overset{o}{\text{q;}}$ *C.* interceptv; *ex* o *corr C.*
24. quenq; *B.* 25. $\overset{\text{pre}}{\text{iudicio}}$ *B,* pręiuditio *C.* 26. accipipitur *c.*
11, 3. praetractentur *c,* p̱ *in* p̄tractētur *corr C,* pertractentur *ceteri libri omnes.* 5. inchoatur *bC,* incohatur *Bβc.* 6. auspicandi summum *c.* 7. inicium *b.* 8. conputant *C.* si constituunt *C.* 11. cōtatiōe *B,* contationi *C.*
12. turba *Gronovius,* turbe *B,* turbę *bCc.* 13. tum *c,* cum *C,* tamen *Bb.* cohercendi *Cc.*

aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam iubendi potestate. si displicuit sententia, fremitu aspernantur: sin placuit, frameas concutiunt. honoratissimum assensus genus est armis laudare.

12 licet apud concilium accusare quoque et discrimen capitis intendere. distinctio poenarum ex delicto. proditores et transfugas arboribus suspendunt, ignavos et imbelles et corpore infames caeno ac palude iniecta insuper crate mergunt. diversitas supplicii illuc respicit, tamquam scelera ostendi oporteat dum puniuntur, flagitia abscondi. sed et levioribus delictis pro modo poena: equorum pecorumque numero convicti mulctantur. pars mulctae regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur vel propinquis eius exolvitur. eliguntur in iisdem conciliis et principes qui iura per pagos vicosque reddunt, centeni singulis ex plebe comites consilium simul et auctoritas assunt.

18. aspernatur *C*.

12, 1. consilium *Cc*. 2. penarum *B*, pęnarum *C*. 3. trasfugas *C*. 4. ceno *BC*, cęno *c*, coeno *b*. 5. plaud̄ *C*. crate (ꝉ g) *B*, create *C*. 6. supplitii *C*. illhuc *c*. tanquam *Bc*. 7. flagitia *C et* β *in margine*, flagicia *B*, supplicia *b*. et̄ *b*. 8. poena *Acidalius*, poenarum *bCc*, penarum *B*. 9. multantur *BCc*. 10. ipsis *pr b*. uindicatur *Ccβ*, uindicauit *Bb*. 11. exsolvitur *c*. hisdem *C*. 12. princęp̄s (i) *b*. 14. ạdẹsṭ adsunt *B*, adsunt *C*.

nihil autem neque publicae neque privatae rei **13** nisi armati agunt. sed arma sumere non ante cuiquam moris quam civitas suffecturum probaverit. tum in ipso concilio vel principum aliquis vel pater vel propinqui scuto frameaque iuvenem ornant. haec apud illos toga, hic primus iuventae honos; ante hoc domus pars videntur, mox rei publicae. insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem* etiam adolescentulis assignant; ceteris robustioribus ac iam pridem probatis aggregantur, nec rubor inter comites aspici. gradus quin etiam ipse comitatus habet, iudicio eius quem sectantur; magnaque et comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus, et principum, cui plurimi et acerrimi comites. haec dignitas, hae vires, magno semper electorum iuvenum globo circumdari; in pace decus, in bello praesidium. nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat: expetuntur enim legationibus et muneribus ornantur et ipsa plerumque fama bella profligant.

13, 1. plu^{ce} *C*. 2. armate *pr C*. cuiq; *C*. 4. tum *Cc et supra* cum *c*^{2}, Cum *Bb*, Tum β. 5. propinqui *Bb*, propinquvs (v *corr ex* i) *C*, propinquus *c*. 6. hinc *c*. 7. rei p· *C*, rei· pu· *b*. 9.* ceteri *Lipsius, Hauptius*. 11. robor *c*^{2}. 12. commitatus *C plerumque*. iuditio *C*. 13. p^m *C*, primum *c*. 14. p^{i}ncipium cui *C*, principium. Cui *c*. 15. plurimũ *pr C*. acerimi *C*. hęc uires *C pr b*. 16. circundari *Bc*. 18. giēte *C*. 20. expectur *C*. 21. plerunque *c*.

*dignitatem β dig̃tatem b test. J. Gantrelle rev. cr. 1874, 311

14 cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non adaequare. iam vero infame in omnem vitam ac probrosum superstitem principi suo ex acie recessisse. illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae eius assignare praecipuum sacramentum est: principes pro victoria pugnant, comites pro principe. si civitas in qua orti sunt longa pace et otio torpeat, plerique nobilium adolescentium petunt ultro eas nationes quae tum bellum aliquod gerunt, quia et ingrata genti quies et facilius inter ancipitia clarescunt magnumque comitatum non nisi vi belloque tuentur. exigunt enim principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam. nam epulae et quamquam incompti, largi tamen apparatus pro stipendio cedunt. materia munificentiae per bella et raptus. nec arare terram aut exspectare annum tam facile persuaseris quam vocare hostem et vulnera mereri. pigrum quin immo et iners videtur sudore adquirere quod possis sanguine parare.

14, 2. equare *Cc*. 3. uiro *b*. ĩ orbẽ *C*. 5. deffendere *C*. factā *C*. 6. eius *om b*, ẽ *B*. 8. ocio *Bb*. 9 pluriq; *et inde corr* ppuliq; *C*. ultra *C*. 10. cum *C*. 11. clarescant *C*. 12. comutatū *C*. 13. tuentur *Bb*, tueare *Cc et reliqui omnes*. 15. nū *C*. incēpti *pr C*. 18. expectare *BCc*. anū *C*. 19. vacare honestū hostē *C*. ostem β. uolnera *B*. 20. imo *bC*. imo ĩhers videre, *corr* tv *C*. acquirere *BCc*.

15 quotiens bella non ineunt, non multum venatibus, plus per otium transigunt, dediti somno ciboque. fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus et penatium et agrorum cura feminis senibusque et infirmissimo cuique ex familia, ipsi hebent, mira diversitate naturae, cum iidem homines sic ament inertiam et oderint quietem. mos est civitatibus ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit. gaudent praecipue finitimarum gentium donis, quae non modo a singulis, sed et publice mittuntur, electi equi, magna arma, phalerae torquesque. iam et pecuniam accipere docuimus.

16 nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est; ne pati quidem inter se iunctas sedes. colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. vicos locant non in nostrum morem conexis et cohaerentibus aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis

15, 1. uotiens *initio versus B.* 2. ocium *Bb.* 3. nichil *B.* 6. hñt *C* = habent *b.* mira^{m} diversitate^{m} β. 7. ĩh'tiam *C.* 10. ꝯuenis subvenit *C.* 11. gentium *om relicto spatio C.* 12. et *om C, Hauptius.* nituntur *c.* 14. falerę *C.*

16, 1. h͂itati *C.* 2. uictas *C.* 4. longant (ł locant) *B,* looant *sed supra et infra* o *litura, ut fuisse videatur* lõgant *b, in margine* Locant β. 5. connexis *libri.* hedifitiis *C,* aedifitiis *c.* 6. circundat *Bc.*

remedium sive inscitia aedificandi. ne caementorum quidem apud illos aut tegularum usus: materia ad omnia utuntur informi et citra speciem aut delectationem. quaedam loca diligentius illinunt terra ita pura ac splendente ut picturam ac lineamenta colorum imitetur. solent et supterraneos specus aperire eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hiemis et receptaculum frugibus; quia rigorem frigorum eiusmodi locis molliunt, et si quando hostis advenit, aperta populatur, abdita autem et defossa aut ignorantur aut eo ipso fallunt quod quaerenda sunt.

17 tegumen omnibus sagum fibula aut, si desit, spina consertum; cetera intecti totos dies iuxta focum atque ignem agunt. locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta et singulos artus exprimente. gerunt et ferarum pelles, proximi ripae neglegenter, ulteriores exquisitius, ut quibus nullus per commercia cultus.

7. ĩ sithia *C.* nec *c.* 9. spetiem *c.* 10. illinut *C.* 11. ut splẽdete *C.* liniamenta *bc.* 12. cęlorum *C,* locorum *Nipperdeius*, *Hauptius.* immitet~ *C,* imitentur *c.* supterraneos *Bb,* sb't'aneos *C,* subterraneos *c.* 13. honerant *Cc.* 14. hiemis *Reifferscheidius,* hyemi *BC,* hiemi *bc.* 15. loci *Acidalius.* ⊦ostis β. 17. ignorãt *C.* ip~orum *C.* uerenda *c.*

17, 1. tegmen *c.* figula *b.* 2. conseritur *c.* iusta *b.* 3. distinguntur *Bbc,* dixtĩgũt~ *C.* 4. ꝑthi *C.* 5. arctus *c.* gerunt *Ccβ,* ferunt *Bb.* 6. neglegenter *corr ex* -ũt~ *C,* negligenter *Bbc.* 7. commertia *Cc, corr* t *in* c *b.*

eligunt feras et detracta velamina spargunt maculis pellibusque beluarum quas exterior Oceanus atque ignotum mare gignit. nec alius feminis quam viris habitus, nisi quod feminae saepius lineis amictibus velantur, eosque purpura variant partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudae brachia ac lacertos; sed et proxima pars pectoris patet.

18 quamquam severa illic matrimonia, nec ullam morum partem magis laudaveris. nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert. intersunt parentes et propinqui ac munera probant, munera non ad delicias muliebres quaesita nec quibus nova nupta comatur, sed boves et frenatum equum et scutum cum framea gladioque. in haec munera uxor accipitur, atque invicem ipsa armorum aliquid viro affert. hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos coniugales deos arbitrantur. ne se mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admo-

12. vellantur *C.*

18, 1. ullarũ *pr b.* 4. ob libidinem *C.* 5. ambiontor *C.* 7. et *BCc,* ac *b et Hauptius.* ac munera *deleverunt Lachmannus et Hauptius,* munera *Haasius.* 8. delitias *Cc.* 9. equm *C.* 10. munere *C.* 11. ipãm *C.* aliquid *Bb,* id *C,* á *c.* 12. hoc *Bb,* hęc *Cc.* 15. incipientibus *b.* auspitiis *C.*

netur venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in proelio passuram ausuramque. hoc iuncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. sic vivendum, sic pereundum; accipere se quae liberis inviolata ac digna reddat, quae nurus accipiant rursusque ad nepotes referantur.

19 ergo saepta pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptae. litterarum secreta viri pariter ac feminae ignorant. paucissima in tam numerosa gente adulteria. quorum poena praesens et maritis permissa: abscisis crinibus, nudatam, coram propinquis expellit domo maritus ac per omnem vicum verbere agit. publicatae enim pudicitiae nulla venia; non forma, non aetate, non opibus maritum invenerit. nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere et corrumpi saeculum vocatur. melius quidem adhuc eae civitates in quibus tantum virgines nubunt et cum spe votoque uxoris semel transigitur. sic unum acci-

16. sotiam *c.* 18. hęc *C,* hoc *b, sed supra* o *litura ut videtur.* hęc $\overset{a}{\text{p}}\text{t}^{9}$ — hęc *C.* 19. denunciant *B.* pereundum *b,* ꝑiēdum *C,* pariendum *Bc.* 20. q̃; *C.* reddāt q̃; *C.* 21. rursusq̃; *C,* rursus quae *c.*

19, 1. scępta pudititia *C.* septa *cum litura supra versum b.* pudicicia *B.* 5. pena *B.* abscisis *libri non nulli,* adcisis *B,* accisis *bc,* accissis *C.* 6. nudata *C.* 7. ac ꝑs'ōne *C.* vitrum *pr C.* 8. pudicicię *B,* pudititię *C.* 9. inuenit *Cc.* 10. illhic *c.* uidet *C.* 11. seculum *bc,* scłm *C.* eae *BbC,* esse *c.* 13. uxeris *c.*

piunt maritum quomodo unum corpus unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tamquam maritum, sed tamquam matrimonium ament. numerum liberorum finire aut quemquam ex agnatis necare flagitium habetur, plusque ibi boni mores valent quam alibi bonae leges.

in omni domo nudi ac sordidi in hos artus, in haec corpora quae miramur excrescunt. sua quemque mater uberibus alit, nec ancillis aut nutricibus delegantur. dominum ac servum nullis educationis deliciis dignoscas: inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec aetas separet ingenuos, virtus agnoscat. sera iuvenum venus, eoque inexhausta pubertas. nec virgines festinantur: eadem iuventa, similis proceritas; pares validaeque miscentur, ac robora parentum liberi referunt. sororum filiis idem apud avunculum qui ad patrem honor. quidam sanctiorem artioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur et in accipiendis obsidibus magis exigunt, tamquam et animum firmius et domum latius tene-

14. q̊; *C.* 16. tanquam *B.* 17. actinēt *corr in* amṇēt *C.* libeororum *c.* quenq̃ *Bc,* quēq; *C.* 18. negare *pr C.* plusq̃; *C.*

20, 2. mirantur *C.* quenque *c.* 3. antillis *C.* aut *Bb,* ac *Cc.* 4. educationiḅụs *C.* 5. delitiis *Cc.* dinoscas *BC.* pectora *b corr* β, pecc̣ora *C.* 6. sepere t *Bc*[2], sep̣& *C.* 7. iuuenū uenū uenus *C.* 10. paretum liberis *C.* 11. ad *BCc,* ap̄ *b.* 12. arctioremque *bc.* 14. et animum *libri non nulli,* et in animum *BbCc.*

ant. heredes tamen successoresque sui cuique liberi, et nullum testamentum. si liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratres patrui avunculi. quanto plus propinquorum, quo maior affinium numerus, tanto gratiosior senectus; nec ulla orbitatis pretia.

21 suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui quam amicitias necesse est. nec implacabiles durant: luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem universa domus; utiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiae iuxta libertatem.

convictibus et hospitiis non alia gens effusius indulget. quemcumque mortalium arcere tecto nefas habetur; pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. cum defecere, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii et comes; proximam domum non invitati adeunt: nec interest; pari humanitate accipiuntur. notum ignotumque quantum ad ius

15. sui *Bbc*, sine *C*. 17. avanculi (a *ex* u *corr*) *C*. 18. propĩq̣ọṛẹṣ quoꝝ *C*. quo *c et in litura* β, tanto *BC*. maior *BC et* ior *in litura* β, magis *b*, maiorum *c*. 19. gratiosior *Bc*[2] (ł gratior). 20. precia *B*, p̃cia *b*, prętia *C*, praetia *c*.

21, 1. ĩnimititias *C*. seu patris seu propinqui *om C*. 2. amicicias *B*, amititias *C*. ĩplicabiles *C*. 4. ac poetarum *C*. 6. inimicicie *B*, inimititię *C*. iusta *b*. 7. ospitiis (t *e* c *corr*) *b*, ⊦ *supra* o *et in proximis addidit* β. aliqua *Bb*. 8. quencũq; *B*. tecta nephas *pr C*. 9. apparatus *pr C*. 10. defecer& *C*, defecerit *c*. 13. q̃; *C*.

hospitis nemo discernit. abeunti, si quid poposcerit, concedere moris; et poscendi invicem eadem facilitas. gaudent muneribus, sed nec data imputant nec acceptis obligantur: vinclum inter hospites comitas.

22 statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt, lavantur; saepius calida, ut apud quos plurimum hiems occupat. lauti cibum capiunt: separatae singulis sedes et sua cuique mensa. tum ad negotia nec minus saepe ad convivia procedunt armati. diem noctemque continuare potando nulli probrum. crebrae, ut inter vinolentos, rixae raro conviciis, saepius caede et vulneribus transiguntur. sed et de reconciliandis invicem inimicis et iungendis affinitatibus et asciscendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis consultant, tamquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus aut ad magnas incalescat. gens non astuta nec callida aperit adhuc secreta

14. hospitiis *pr C.* poposcerit *C*β, poposceris (?) *b*, poposcerunt *B.* 16. facultas *c.* 17. nec | nec *in fine alterius et in initio alterius versus B.* vinclum *Lachmannus,* victus *BbCc.* inter homines *C.* 18. comitas *Lachmannus,* comis *BbCc.*

22, 1. e *Cc*β, enim *Bb.* plerunque *c.* 3. plurimus hiemis *c.* hyems *BC.* 4. seperate *Bb,* sepate *C.* 5. negocia *Bb.* 7. vi nulētos *C.* 8. conuitiis *BCc.* transfiguntur *b.* 9. sed et *Bb,* sed *Cc.* reconciliatis *C.* ĩnimititiis *C.* 10. adsciscendis *BC.* 11. plerunque *c.* 12. tanq̃ *B.* 13. petat *c.* 14. ad huc *C,* adhuc *c,* ad hec *B,* adhec *b.*

pectoris licentia ioci. ergo detecta et nuda omnium mens postera die retractatur: et salva utriusque temporis ratio est; deliberant dum fingere nesciunt, constituunt dum errare non possunt.

23 potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus: proximi ripae et vinum mercantur. cibi simplices, agrestia poma, recens fera aut lac concretum: sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. adversus sitim non eadem temperantia. si indulseris ebrietati, suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis quam armis vincentur.

24 genus spectaculorum unum atque in omni coetu idem. nudi iuvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciunt. exercitatio artem paravit, ars decorem; non in quaestum tamen aut mercedem: quamvis audacis lasciviae pretium est voluptas spectantium. aleam, quod mirere, sobrii inter seria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate ut, cum omnia defecerunt, extremo ac novissimo iactu de libertate ac de cor-

15. ioci *Cc*, ioci[ł l] *B*, ioci[ł loci] *b*. 16. retrectatur[a] *b*.

23, 1. ordeo aut furmento *C*. quadam *C*. 6. indul[s]xeris *b*. 7. aut *C*. 8. vinis (v *corr e* m) *C*.

24, 1. cetu *B*, cętu spectaculorum *C*. 2. nulli *C*. 3. excitatio *Cc*. 4. parat *C*. questum *bCc*. 5. mercede *C*. 6. precium *Bb*, pręcium *C*. est é *C*. expectantium *BCc*. 7. miretur *C*. 8. defecerint *b*. 9. iactu i *postea addita b*, [i]actu *C*.

pore contendant. victus voluntariam servitutem adit; quamvis iuvenior, quamvis robustior, alligari se ac venire patitur. ea est in re prava pervicacia; ipsi fidem vocant. servos condicionis huius per commercia tradunt, ut se quoque pudore victoriae exolvant.

ceteris servis non in nostrum morem discriptis **25**
per familiam ministeriis utuntur: suam quisque sedem, suos penates regit. frumenti modum dominus aut pecoris aut vestis ut colono iniungit et servus hactenus paret: cetera domus officia uxor ac liberi exequuntur. verberare servum ac vinculis et opere coercere rarum: occidere solent, non disciplina et severitate, sed impetu et ira, ut inimicum, nisi quod impune est. liberti non multum supra servos sunt, raro aliquod momentum in domo, numquam in civitate, exceptis dumtaxat iis gentibus quae regnantur. ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt: apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt.

10. voluntarium *pr C.* 11. quanvis *c.* iuvenior de corpore contẽdãt *C.* 12. parvicatia *C.* 13. conditionis *BCc.* comercia *B,* cõmertia *Cc.*

25, 1. discriptis *Reifferscheidius,* descriptis *libri.* 2. ministeriis *Ccβ,* ministris *Bb.* 4. *litura ante* ut *b.* et *Ccβ,* ut *Bb.* 5. offitia *Cc.* 6. exequantur *Cc.* vĩclis *C.* 7. cohercere *Cc.* irarum *c.* 9—14. liberti — argumentum sunt: *haec in fine capitis* 26, *post* ignorantur, *habent Bb, sed* β *etiam hic in inferiore margine, cum hac adnotatione,* in hoc loco potius. 11. nunquam *c.* 12. et super ingenuos *hic in margine om* β. 13. inpares *C.* 14. $\overset{\text{tũ}}{\text{ar}}$ *c.* sunt *om C.*

26 fenus agitare et in usuras extendere ignotum; ideoque magis servatur quam si vetitum esset. agri pro numero cultorum ab universis in vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur. facilitatem partiendi camporum spatia praebent: arva per annos mutant, et superest ager. nec enim cum ubertate et amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conserant et prata separent et hortos rigent; sola terrae seges imperatur. unde annum quoque ipsum non in totidem digerunt species: hiems et ver et aestas intellectum ac vocabula habent, autumni perinde nomen ac bona ignorantur.

27 funerum nulla ambitio. id solum observatur ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. struem rogi nec vestibus nec odoribus cumulant: sua cuique arma, quorundam igni et equus adicitur. sepulcrum caespes erigit: monumentorum arduum et operosum honorem ut gravem defunctis

26, 1. foenus *bCc*. 2. si ventū *C*. 3. in uices *B*, inuicē̃ *b*, uices *C*, vices *c*. 6. p̃bē̃t *b*, praebent *c*, ł prebent prestant *B*, p̄stāt *C*. 7. nec nō cum *C*. anplitudine *C*. labore *BCc*, ł laborare *margo B*, ł rare *supra scripsit* c^2, ł labor~ laborare *b*. 8. pomeria *c*. seperent *Bb*. 9. et *C*β, ut *Bbc*. 10. anum *C*. 11. speties *c*. hyems *BCc*[2]. intellectū vocale *C*.

27, 1. observant *b et Hauptius*, obseruat̃ *B*, obſ?vatur *Cc*. 4. igni *Bbc*, igitur *C*. equs *c*, eq[9] *C*. adicitur *C*, adiicitur *Bb*, adjicitur *c*. cespes *bCc*. 6. defuntis *C*.

aspernantur. lamenta ac lacrimas cito, dolorem et tristitiam tarde ponunt. feminis lugere honestum est, viris meminisse.

haec in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. nunc singularum gentium instituta ritusque quatenus differant, quae nationes e Germania in Gallias commigraverint, expediam.

28 validiores olim Gallorum res fuisse summus auctor divus Iulius tradit; eoque credibile est etiam Gallos in Germaniam transgressos. quantulum enim amnis obstabat quo minus ut quaeque gens evaluerat occuparet permutaretque sedes promiscuas adhuc et nulla regnorum potentia divisas? igitur inter Hercyniam silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii, ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere. manet adhuc Boihaemi nomen significatque loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus.

7. lachrymas *B*, lachrimas *c*. 8. tristiciā *C*.
10. comuni *C*. de omnium *om C*. 11. accipimus *C*.
12. ricusq; — differat *C*. quaeque *Halmius*.
28, 1. sumus *C*. 2. autor *Bb*, auctorū *Cc*. est & *C*. 5. pmutar& *C*. 6. diuisas *Bbc*, diuersas *C*β.
7. hircyniam (y *ex* i *factum*) *b*, hercyniam β, Hircyniam *B*, h'rcinā *Cc*, Hercynam *c*². męnu˜ *C*. 8. utraque *om b*.
9. monet *c*. Boihemi *et in margine* ł Boijemionē *B*, boiemi (h *supra*) *b*, boiemi *C*, bohemi *post* nomen *c*. nom̄ *in litura* β.
significatque *BC*, signatque *c et Hauptius*, sign,q3 *b*, *sed* t *supra in litura addidit* β. 10. ventrem *C*.

sed utrum Aravisci in Pannoniam ab Osis, Germanorum natione, an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint, cum eodem adhuc sermone institutis moribus utantur, incertum est, quia pari olim inopia ac libertate eadem utriusque ripae bona malaque erant. Treveri et Nervii circa affectationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt, tamquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine et inertia Gallorum separentur. ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones Triboci Nemetes. ne Ubii quidem, quamquam Romana colonia esse meruerint ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur, origine erubescunt, transgressi olim et experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut custodirentur.

29 omnium harum gentium virtute praecipui Batavi non multum ex ripa, sed insulam Rheni

11. aranisci β. a boiis *BbCc,* osis *margo* β. 12. osci *C.* 13. comigrauerunt *Cc.* 14. utuntur *C.* quia *Cc,* qui *B,* ꝗ *b,* ꝗa β. olim ṛuḷị *C.* 16. Nervii *Rhenanus,* Neruli *BCc,* n(h)eruli *b.* cịtrạ *b,* circa β. 17. Germanice *B,* germanici *c,* germanię *C,* germanae *b.* ambitioni *pr C.* tanquã *B.* 18. inh'tia *C.* 19. sepentur *B,* seperentur *b.* 20. treboci *C.* 21. ne Ubii? *Gruterus,* Nubii *BCc,* ṇ(h)ubii *b,* vbij *margo* β. 22. collonia *C.* 24. Trasgressi *C.*

29, 1. batáui *b,* batauii *BCc,* batii *supra* c^2. 2. insula *c.*

amnis colunt, Chattorum quondam populus et seditione domestica in eas sedes transgressus in quibus pars Romani imperii fierent. manet honos et antiquae societatis insigne: nam nec tributis contemnuntur nec publicanus atterit; exempti oneribus et collationibus et tantum in usum proeliorum sepositi velut tela atque arma bellis reservantur.

est in eodem obsequio et Mattiacorum gens. protulit enim magnitudo populi Romani ultra Rhenum ultraque veteres terminos imperii reverentiam. ita sede finibusque in sua ripa, mente animoque nobiscum agunt, cetera similes Batavis, nisi quod ipso adhuc terrae suae solo et caelo acrius animantur.

non numeraverim inter Germaniae populos, quamquam trans Rhenum Danuviumque consederint, eos qui decumates agros exercent. levissimus quisque Gallorum et inopia audax dubiae possessionis solum occupavere; mox limite acto promotisque praesidiis sinus imperii et pars provinciae habentur.

ultra hos Chatti initium sedis ab Hercynio saltu

3. chattorum *Cc*, c^{h}attorum *B*, cattorum *b*. populis *Cc*. 5. inperii *C*. 7. aterit *C*. honeribus *C*. 8. collocationibus *B et supra* collationibus *c*^{2}. seposi *C*. 10. matiacorum *C*. 11. po· Ro^{i}· *b*. 14. batáuis *b*. q; in ipõ *C*. 17. numeraverimus *C*. 18. danuuiumque *C*, danubiumque *Bbc*. 19. Decumathes *Bc*.

30, 1. ultra *Ccβ*, ulera *Bb*. chatti *Bc*, catti *bC*. hir^{e}cynio *b*, hercinio *Cc*, Hircynio *B*.

incohant, non ita effusis ac palustribus locis ut ceterae civitates in quas Germania patescit: durant siquidem colles, paulatim rarescunt, et Chattos suos saltus Hercynius prosequitur simul atque deponit. duriora genti corpora, stricti artus, minax vultus et maior animi vigor. multum, ut inter Germanos, rationis ac sollertiae: praeponere electos, audire praepositos, nosse ordines, intellegere occasiones, differre impetus, disponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare, quodque rarissimum nec nisi Romanae disciplinae concessum, plus reponere in duce quam in exercitu. omne robur in pedite, quem super arma ferramentis quoque et copiis onerant: alios ad proelium ire videas, Chattos ad bellum. rari excursus et fortuita pugna. equestrium sane virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere: velocitas iuxta formidinem, cunctatio propior constantiae est.

31 et aliis Germanorum populis usurpatum raro et

2. incohant *c*, ĩcohãt *B*, inchoat *b*, inchoāt *et post* t *litura* β, inchoant *C*. 3. durans *pr b*. 4. rarescẹrẹ *pr C*. chattos *Bc*, cattos *b*, cactos *C*. 5. hercinius *bCc*, Hircynius *B*. atque *Ccβ*, ac *Bb*. 6. arcus *Cc*. 8. romanis ac *C*. solertię *Ccb*. 9. nosce *C*. intelligere *BbCc*. 12. romane *B*, romanę *b*, roe *C*, ratione *cβ*. 14. inpedite *C*, impedite *c*. quem (l q̃) *B*, quam *c*. 15. ferramentisque et *c*. honorānt *C*. 16. cattos *b*. raro *C*. 19. iusta *b*. conctatio *B*, contatio *C*. propiora *Cc*.
31, 1. populis *Bbc*, patriis *C*. raro *bC*, rara (l o) *B*, rara *c*.

privata cuiusque audentia apud Chattos in consensum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque submittere nec nisi hoste caeso exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. super sanguinem et spolia revelant frontem, seque tum demum pretia nascendi rettulisse dignosque patria ac parentibus ferunt. ignavis et imbellibus manet squalor. fortissimus quisque ferreum insuper anulum (ignominiosum id genti) velut vinculum gestat, donec se caede hostis absolvat. plurimis Chattorum hic placet habitus, iamque canent insignes et hostibus simul suisque monstrati. omnium penes hos initia pugnarum, haec prima semper acies, visu nova. nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt. nulli domus aut ager aut aliqua cura: prout ad quemque venere aluntur, prodigi alieni, contemptores sui, donec exanguis senectus tam durae virtuti impares faciat.

2. cattos *C*, cattos *b*. 3. adoleverit *C*. 4. sūmittere *BbC*. oste *b*. 5. horis *C*. 6. revellant *C*. cum *C*. 7. precia *B*, p̄cia *b*, prętia *C*, praetia *c*. nascendi *c*, noscendi *B*, noscendi *bC*. retulisse *libri*. 8. paretibus *C*. inbellibus *C*. 9. ferrum *c*. añulum *C*.

10. id genti *om C*. 11. ostis β. absoluerit *b*. cattorum *b*. 12. et *supra versum b*. ostibus β. 13. simul *corr ex* sima *C*. pene *C*. 15. cultu *Cc*. 16. rura *corr in* cura *ut videtur B*, rura *b*, c *supra adscripsit* β.

17. quenque *bc*. alieni *Bbc*, ac ni *C*. 18. contentores *C*. ex anguis *C*, exangues *b*.

32 proximi Chattis certum iam alveo Rhenum quique terminus esse sufficiat Usipi ac Tencteri colunt. Tencteri super solitum bellorum decus equestris disciplinae arte praecellunt, nec maior apud Chattos peditum laus quam Tencteris equitum. sic instituere maiores: posteri imitantur. hi lusus infantium, haec iuvenum aemulatio; perseverant senes. inter familiam et penates et iura successionum equi traduntur: excipit filius non ut cetera maximus natu, sed prout ferox bello et melior.

33 iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum, seu superbiae odio seu praedae dulcedine seu favore quodam erga nos deorum. nam ne spectaculo quidem proelii invidere. super sexaginta milia non armis telisque Romanis, sed, quod magnificentius est, oblectationi oculisque ceciderunt. maneat, quaeso, duretque gentibus, si non amor nostri, at certe odium sui, quando urgentibus

32, 1. cattis *b*. 2. suffitiat *C*. 4. cattos *b*. 5. tencteri *c*. 6. imittantur. hii *C*. 7. senes *corr e* senos? β.

33, 1. iusta *b*. tencteros *C*, thenctēros *c*. 2. Chamauos *Bc*, chamavos (v *corr e* r) *C*, chamanos *b*, chamaui (n supra) *in margine* β. Angriuarios *Bc*, angrinarios *b*, v *supra* n β, anguiuarios *C*. 3. Bructerijs *B*. poenitus *c*. 7. milia *BCc*, milia (l supra) *b*. celsisq; ro^is^ *C*. 8. oculisque *Bbc*, oculi *C*. 10. ac t're odium (o *ex* ṭe *corr*) sui si *C*. urgentibus *inpressi non nulli*, urgentibus iam *Bb*, ĩ urgentib *C*, in urgentibus *c et supra* ł ĩgentib⁊ *c*².

imperii fatis nihil iam praestare Fortuna maius potest quam hostium discordiam.

Angrivarios et Chamavos a tergo Dulgubnii et **34** Chasuarii cludunt aliaeque gentes haud perinde memoratae, a fronte Frisii excipiunt. maioribus minoribusque Frisiis vocabulum est ex modo virium. utraeque nationes usque ad Oceanum Rheno praetexuntur ambiuntque immensos insuper lacus et Romanis classibus navigatos. ipsum quin etiam Oceanum illa temptavimus: et superesse adhuc Herculis columnas fama volgavit, sive adiit Hercules seu quidquid ubique magnificum est in claritatem eius referre consensimus. nec defuit audentia Druso Germanico: sed obstitit Oceanus in se simul atque in Herculem inquiri. mox nemo temptavit, sanctiusque ac reverentius visum de actis deorum credere quam scire.

11. impi facis *C.* nil *Cc.* 12. discordia *C.*
34, 1. Angrivarios *B*, angrinarios *b*, anguiarios *C*, An-
i
guarios *c.* Chamauos *Bc*, chamanos *b*, chammatos *C.*
l dulgitubini
Dulgubnii *Iacobus Grimmius*, Dulgibini *B*, dulgitubini *b*, dulgibini *Cc et supra* dulcubuni c^2. 2. Chasuarii *libri non nulli*, chasudrii *c*, occasuarii *C*, Thasuarii *B*, tasuarii *b*.
a
cludunt *BbCc*, cludunt β. 3. Frisii *Bb*, frisi *c*, frisci *C*. excipiunt *om C.* 4. frisiis *b*, frisis *Bc et in margine* β, friscis *C.* uurium *C.* 6. insuper — insup classibus *C.* 8. tētauimus *Bb*, tentavimus *Cc.* 9. uolgauit *BC*, voligavit *c*, vulgavit *b*. 10. quicquid *libri.* magnificum *Cc et in litura* β, magn *in margine* β, magnu; *B.* 13. in *om C.* tentavit *Bc*, tētavit *b*, temptavit *C.* santiusq; *Cc.*

35 hactenus in occidentem Germaniam novimus. in septentrionem ingenti flexu redit. ac primo statim Chaucorum gens, quamquam incipiat a Frisiis ac partem litoris occupet, omnium quas exposui gentium lateribus optenditur, donec in Chattos usque sinuetur. tam immensum terrarum spatium non tenent tantum Chauci, sed et implent, populus inter Germanos nobilissimus quique magnitudinem suam malit iustitia tueri. sine cupiditate, sine impotentia, quieti secretique nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. id praecipuum virtutis ac virium argumentum est, quod ut superiores agant non per iniurias assequuntur. prompta tamen omnibus arma ac, si res poscat, exercitus, plurimum virorum equorumque; et quiescentibus eadem fama.

36 in latere Chaucorum Chattorumque Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem inlacessiti nutrierunt: idque iucundius quam tutius fuit, quia inter

35, 3. Chaucorum *BCc*, caucorum *b*. Frisis *BbCc*. 4. liboris *pr C*. 5. optenditur *b*, obtenditur B^{1}, obtendere *Cc*. incaptos *C*, incattos *b*. 6. sinatur *Cc*. tam *Ccβ*, Nam *Bb*. terrarum *om C*. 7. cauci *C*, Chãci *B*. inplēt *C*. 8. suam *om C*. 9. maluit *B et pr hinc* malint, *deinde* malit *corr b*, malit *Cc*. inpotētia *C*. 10. quietius *C*. nulis *C*. 11. lociniis *C*. id prȩcium *C*. 12. virium prȩcipuum *C*. 13. aşsequantur *Cc*. 14. ac *BCc*, et *b*. exertitus *C*. plurimum enim *Reifferscheidius*.

36, 1. Chaucorum *om C*. cattorumque *b*. 3. iocundius *C*.

inpotentes et validos falso quiescas; ubi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt. ita qui olim boni aequique Cherusci, nunc inertes ac stulti vocantur; Chattis victoribus fortuna in sapientiam cessit. tracti ruina Cheruscorum et Fosi, contermina gens: adversarum rerum ex aequo socii sunt, cum in secundis minores fuissent.

28. βαττων *A*, βαττῶν *BCl*, *corr Cluverius*. βαιτόριτος *ACl*, βαιτόριδος *B*, Βαιτόριγος *Coraes, sed et altera nominis pars corrupta est*. 29. σύγγαμβρος *AC*, σύγαμβρος *Bl*, Σούγαμβρος *Tzschuckius*. αἰγέστης *libri*, *corr Kramerus*. 33. Λίβης *nomen admodum dubium*. 35. Καούλκων (*conf. p.* 291 *et Hauptii act. litterar.* 9, 234. 236) *recepit Meinekius*, καθόλκων *libri*. καὶ ἀμψάνων *libri*, Καμψανῶν *Meinekius e Krameri coniectura, sed vide locos paulo ante laudatos*. βρουκτίρου *A*. νουσίπων *libri*. 36. χάττων *om A*, χαττῶν *C*. χαττουαρίων *AB*. λανδῶν *libri*, Λαγκοβάρδων *Groskurdius*, Μαρσῶν *Cluverius*. σουβαττίων *libri*, Τουβαντίων *Cluverius*. 39. διὰ δυσκολίας *AC*.

ἔστι δ' ἡ λίμνη τὴν μὲν περίμετρον σταδίων πλειόνων ἢ πεντακοσίων, δίαρμα δὲ ἐγγὺς διακοσίων. ἔχει δὲ καὶ νῆσον, ᾗ ἐχρήσατο ὁρμητηρίῳ Τιβέριος ναυμαχῶν πρὸς Οὐινδολικούς. νοτιωτέρα δ' ἐστὶ τῶν τοῦ Ἴστρου πηγῶν καὶ αὕτη [καὶ ὁ Ἑρκύνιος δρυμός], ὥστ' ἀνάγκη τῷ ἐκ τῆς Κελτικῆς ἐπὶ τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν ἰόντι πρῶτον μὲν διαπερᾶσαι τὴν λίμνην, ἔπειτα τὸν Ἴστρον, εἶτ' ἤδη δι' εὐπετεστέρων χωρίων ἐπὶ τὸν δρυμὸν τὰς προβάσεις ποιεῖσθαι δι' ὀροπεδίων. ἡμερήσιον δ' ἀπὸ τῆς λίμνης προελθὼν ὁδὸν Τιβέριος εἶδε τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς. προσάπτονται δὲ τῆς λίμνης ἐπ' ὀλίγον μὲν οἱ Ῥαιτοί, τὸ δὲ πλέον Ἐλβήττιοι καὶ Οὐινδολικοί . . . καὶ ἡ Βοίων ἐρημία. μέχρι Παννονίων πάντες, τὸ πλέον δ' Ἑλβήττιοι καὶ Οὐινδολικοί, οἰκοῦσιν ὀροπέδια. Ῥαιτοὶ δὲ καὶ Νωρικοὶ μέχρι τῶν Ἀλπείων ὑπερβολῶν ἀνίσχουσι καὶ πρὸς τὴν Ἰταλίαν περινεύουσιν, οἱ μὲν Ἰνσούβροις συνάπτοντες οἱ δὲ Κάρνοις καὶ τοῖς περὶ τὴν Ἀκυληίαν χωρίοις. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ὕλη μεγάλη Γαβρῆτα ἐπίταδε τῶν Σοήβων, ἐπέκεινα δ' ὁ Ἑρκύνιος δρυμός· ἔχεται δὲ κἀκεῖνος ὑπ' αὐτῶν.

2, 1 Περὶ δὲ Κίμβρων τὰ μὲν οὐκ εὖ λέγεται, τὰ δ' ἔχει πιθανότητας οὐ μετρίας. οὔτε γὰρ τὴν τοιαύτην

5, 8. ἢ τριακοσίων *libri*, πεντακοσίων *Velserus, Meinekius*. 10. ἰουνδολικους *ABCl*. 11. *verba uncis inclusa e Lachmanni et Krameri sententia Meinekius in marginem reiecit.* 16. ἴδεν *A*, ἴδε *C*. 17. ρετοὶ *C*. 18. οὐινδελίκοι *C*. *lacunam indicavit Meinekius e Cluverii sententia. conf. Strabonis p.* 192 *sq*. 213. 313. 19. πάντες *om A*. 21. ἀλπίων *libri*.

αἰτίαν τοῦ πλάνητας γενέσθαι καὶ ληστρικοὺς ἀποδέξαιτ' ἄν τις, ὅτι χερρόνησον οἰκοῦντες μεγάλῃ πλημμυρίδι ἐξελαθεῖεν ἐκ τῶν τόπων· καὶ γὰρ νῦν ἔχουσι τὴν χώραν ἣν εἶχον πρότερον, καὶ ἔπεμψαν τῷ Σε- p. 293
βαστῷ δῶρον τὸν ἱερώτατον παρ' αὐτοῖς λέβητα, αἰτούμενοι φιλίαν καὶ ἀμνηστίαν τῶν ὑπηργμένων, τυχόντες δὲ ὧν ἠξίουν ἀπῆραν· γελοῖον δὲ τῷ φυσικῷ καὶ αἰωνίῳ πάθει δὶς ἑκάστης ἡμέρας συμβαίνοντι προσοργισθέντας ἀπελθεῖν ἐκ τοῦ τόπου. ἔοικε δὲ πλάσματι τὸ συμβῆναί ποτε ὑπερβάλλουσαν πλημμυρίδα· ἐπιτάσεις μὲν γὰρ καὶ ἀνέσεις δέχεται, τεταγμένας δὲ καὶ περιοδιζούσας, ὁ ὠκεανὸς ἐν τοῖς τοιούτοις πάθεσιν. οὐκ εὖ δ' οὐδὲ ὁ φήσας ὅπλα αἴρεσθαι πρὸς τὰς πλημμυρίδας τοὺς Κίμβρους, οὐδ' ὅτι ἀφοβίαν οἱ Κελτοὶ ἀσκοῦντες κατακλύζεσθαι τὰς οἰκίας ὑπομένουσιν, εἶτ' ἀνοικοδομοῦσι, καὶ ὅτι πλείων αὐτοῖς συμβαίνει φθόρος ἐξ ὕδατος ἢ πολέμου, ὅπερ Ἔφορός φησιν. ἡ γὰρ τάξις ἡ τῶν πλημμυρίδων καὶ τὸ τὴν ἐπικλυζομένην χώραν εἶναι γνώριμον οὐκ ἔμελλε τοιαύτας τὰς ἀτοπίας παρέξειν. δὶς γὰρ ἑκάστης ἡμέρας τούτου συμβαίνοντος τὸ μηδ' ἅπαξ αἰσθάνεσθαι φυσικὴν οὖσαν τὴν παλίρροιαν καὶ ἀβλαβῆ, καὶ οὐ μόνοις τούτοις συμβαίνουσαν ἀλλὰ τοῖς παρωκεανίταις πᾶσι, πῶς οὐκ ἀπίθανον; οὐδὲ Κλείταρχος εὖ· φησὶ γὰρ τοὺς ἱππέας ἰδόντας τὴν ἔφοδον τοῦ πελάγους

2, 1, 5. ἐξελαθεῖεν *C? et libri non nulli,* ἐξελασθεῖεν *ceteri.* 14. περιοριζούσας *libri, corr Tzschuckius.* 21. ταύτας *libri,* τοιαύτας *Coraes, Meinekius.* 27. τοὺς ἱππέας *Alexandri. conf. Curtii hist.* 9, 9, 25 (*Arriani anab.* 6, 19).

ἀφιππάσασθαι καὶ φεύγοντας ἐγγὺς γενέσθαι τοῦ περικαταληφθῆναι. οὔτε δὲ τοσούτῳ τάχει τὴν ἐπίβασιν ὁρμωμένην ἱστοροῦμεν, ἀλλὰ λεληθότως προσιοῦσαν τὴν θάλατταν· οὔτε τὸ καθ᾽ ἡμέραν γινόμενον καὶ πᾶσιν ἔναυλον ἤδη ὂν τοῖς πλησιάζειν μέλλουσι πρὶν ἢ θεάσασθαι, τοσοῦτον ἔμελλε παρέξεσθαι φόβον ὥστε φεύγειν, ὡς ἂν εἰ ἐξ ἀδοκήτου προσέπεσε.

2 Ταῦτά τε δὴ δικαίως ἐπιτιμᾷ τοῖς συγγραφεῦσι Ποσειδώνιος καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει, διότι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν, ἀπ᾽ ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθείη Βόσπορος, οἷον Κιμβρικός, Κιμμερίους τοὺς Κίμβρους ὀνομασάντων τῶν Ἑλλήνων. φησὶ δὲ καὶ Βοίους τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν οἰκεῖν πρότερον, τοὺς δὲ Κίμβρους ὁρμήσαντας ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, ἀποκρουσθέντας ὑπὸ τῶν Βοίων ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ τοὺς Σκορδίσκους Γαλάτας καταβῆναι, εἶτ᾽ ἐπὶ Τευρίστας καὶ Ταυρίσκους, καὶ τούτους Γαλάτας, εἶτ᾽ ἐπὶ Ἑλβηττίους, πολυχρύσους μὲν ἄνδρας εἰρηναίους δέ· ὁρῶντας δὲ τὸν ἐκ τῶν λῃστηρίων πλοῦτον ὑπερβάλλοντα τοῦ παρ᾽ ἑαυτοῖς τοὺς Ἑλβηττίους ἐπαρθῆναι, μάλιστα δ᾽ αὐτῶν Τιγυρίνους τε καὶ Τωυ-

28. ἀφιπτάσασθαι *Bl.* 30. ὁρωμένην *libri, corr Tyrwhittius.* 34. εἰ *om C.*

2, 1. δὴ *addidit Coraes, Meinekius.* 4. ὁ *Meinekius,* ἡ *libri.* 5. κληθεὶς *libri, corr Casaubonus.* 7. Βοίους *et mox* Βοίων *pro* Βοΐους, Βοΐων *Meinekius.* 10. κορδίσκους *C.* Ταυρίστας p. 296. 15. τιγυρήνους *libri.* κατὰ τὸν πρὸς Ἄμβρωνας καὶ Τωυγενοὺς πόλεμον *p.* 183.

p. 294 γένους, ὥστε καὶ συνεξορμῆσαι. πάντες μέντοι κατελύθησαν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων αὐτοί τε οἱ Κίμβροι καὶ οἱ συναράμενοι τούτοις, οἱ μὲν ὑπερβαλόντες τὰς Ἄλπεις εἰς τὴν Ἰταλίαν οἱ δ' ἔξω τῶν Ἄλπεων.

3 Ἔθος δέ τι τῶν Κίμβρων διηγοῦνται τοιοῦτον, ὅτι ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν συστρατευούσαις παρηκολούθουν προμάντεις ἱέρειαι πολιότριχες, λευχείμονες, καρπασίνας ἐφαπτίδας ἐπιπεπορπημέναι, ζῶσμα χαλκοῦν ἔχουσαι, γυμνόποδες· τοῖς οὖν αἰχμαλώτοις διὰ τοῦ στρατοπέδου συνήντων ξιφήρεις, καταστέψασαι δ' αὐτοὺς ἦγον ἐπὶ κρατῆρα χαλκοῦν ὅσον ἀμφορέων εἴκοσιν· εἶχον δὲ ἀναβάθραν, ἣν ἀναβᾶσα .... ὑπερπετὴς τοῦ λέβητος ἐλαιμοτόμει ἕκαστον μετεωρισθέντα· ἐκ δὲ τοῦ προχεομένου αἵματος εἰς τὸν κρατῆρα μαντείαν τινὰ ἐποιοῦντο, ἄλλαι δὲ διασχίσασαι ἐσπλάγχνευον ἀναφθεγγόμεναι νίκην τοῖς οἰκείοις. ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσιν ἔτυπτον τὰς βύρσας τὰς περιτεταμένας τοῖς γέρροις τῶν ἁρμαμαξῶν, ὥστ' ἀποτελεῖσθαι ψόφον ἐξαίσιον.

4 Τῶν δὲ Γερμανῶν, ὡς εἶπον, οἱ μὲν προσάρκτιοι παροικοῦσι τῷ ὠκεανῷ, γνωρίζονται δ' ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου λαβόντες τὴν ἀρχὴν μέχρι τοῦ Ἄλβιος. τούτων δ' εἰσὶ γνωριμώτατοι Σούγαμβροί τε καὶ Κίμβροι. τὰ δὲ πέραν τοῦ Ἄλβιος τὰ πρὸς τῷ ὠκεανῷ παντάπασιν ἄγνωστα ἡμῖν ἐστιν. οὔτε γὰρ τῶν προ-

3, 6. καταστρέψασαι *ACl.* 8. *lacunam indicavit Meinekius.*

4, 2. παρήκουσι *libri, corr Coraes et Meinekius.*

τέρων οὐδένας ἴσμεν τὸν παράπλουν τοῦτον πεποιημένους πρὸς τὰ ἑωθινὰ μέρη τὰ μέχρι τοῦ στόματος τῆς Κασπίας θαλάττης, οὔθ' οἱ Ῥωμαῖοί πω προῆλθον εἰς τὰ περαιτέρω τοῦ Ἄλβιος· ὡς δ' αὔτως οὐδὲ πεζῇ παρωδεύκασιν οὐδένες. ἀλλ' ὅτι μὲν κατὰ μῆκος ἰοῦσιν ἐπὶ τὴν ἕω τὰ κατὰ τὸν Βορυσθένη καὶ τὰ πρὸς βορρᾶν [μέρη] τοῦ Πόντου χωρία ἀπαντᾷ, δῆλον ἐκ τῶν κλιμάτων καὶ τῶν παραλλήλων διαστημάτων. τί δ' ἐστί πέραν τῆς Γερμανίας καὶ τί τῶν ἄλλων τῶν ἑξῆς, εἴτε Βαστάρνας χρὴ λέγειν, ὡς οἱ πλείους ὑπονοοῦσιν, εἴτ' ἄλλους μεταξὺ ἢ Ἰάζυγας ἢ Ῥωξολανοὺς ἤ τινας ἄλλους τῶν ἁμαξοίκων οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν, οὐδ' εἰ μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ παρήκουσι παρὰ πᾶν τὸ μῆκος, ἢ ἔστι τι ἀοίκητον ὑπὸ ψύχους ἢ ἄλλης αἰτίας, ἢ εἰ καὶ γένος ἀνθρώπων ἄλλο διαδέχεται μεταξὺ τῆς θαλάττης καὶ τῶν ἑῴων Γερμανῶν ἱδρυμένον. τοῦτο δὲ τὸ αὐτὸ ἀγνόημα καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐφεξῆς προσαρκτίων ἐπέχει. οὔτε γὰρ τοὺς Βαστάρνας οὔτε τοὺς Σαυρομάτας καὶ ἁπλῶς τοὺς ὑπὲρ τοῦ Πόντου οἰκοῦντας ἴσμεν, οὔθ' ὁπόσον ἀπέχουσι τῆς Ἀτλαντικῆς θαλάττης, οὔτ' εἰ συνάπτουσιν αὐτῇ.

7. οὐδένας *BCE Meinekius*, οὐδένα *Kramerus cum ceteris libris*. πεποιημένους *E et Parisiens.* 1396 *Meinekius*, πεποιημένον *ceteri*. 13. μέρη *eiecerunt Casaubonus, Coraes, Meinekius*. ἄπαντα *libri, corr Casaubonus*. 17. εἴτ' ἄλλους μεταξὺ *om C*. ῥαξυλανοὺς *et in margine* ῥαξναλους *Al*, ῥαξινάλνους *B*, ῥαξανάλους *C*. *conf. p.* 114 ῥοξολάνοι *AE*, ῥωξολάνοι *BCl*. 18. ἁμαξικῶν *C*. 19. παράπαν *BCl?* 24. ἐπέχει *Meinekius ex Krameri coniectura*, ἔλεγεν *libri*.

Τὸ δὲ νότιον μέρος τῆς Γερμανίας τὸ πέραν τοῦ **3**, 1
Ἄλβιος τὸ μὲν συνεχὲς ἀκμὴν ὑπὸ τῶν Σοήβων κατέ-
χεται· εἶτ' εὐθὺς ἡ τῶν Γετῶν συνάπτει γῆ, κατ' ἀρ- p. 295
χὰς μὲν στενή, παρατεταμένη τῷ Ἴστρῳ κατὰ τὸ
νότιον μέρος, κατὰ δὲ τοὐναντίον τῇ παρωρείᾳ τοῦ Ἑρ-
κυνίου δρυμοῦ, μέρος τι τῶν ὀρῶν καὶ αὐτὴ κατέ-
χουσα, εἶτα πλατύνεται πρὸς τὰς ἄρκτους μέχρι Τυρε-
γετῶν· τοὺς δὲ ἀκριβεῖς ὅρους οὐκ ἔχομεν φράζειν.
διὰ δὲ τὴν ἄγνοιαν τῶν τόπων τούτων οἱ τὰ Ῥιπαῖα ὄρη
καὶ τοὺς Ὑπερβορείους μυθοποιοῦντες λόγου ἠξίωνται,
καὶ ἃ Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης κατεψεύσατο * ταῦτα
τῆς παρωκεανίτιδος, προσχήματι χρώμενος τῇ περὶ τὰ
οὐράνια καὶ τὰ μαθηματικὰ ἱστορίᾳ. ἐκεῖνοι μὲν οὖν
ἐάσθωσαν· οὐδὲ γὰρ εἴ τινα Σοφοκλῆς τραγῳδεῖ περὶ
τῆς Ὠρειθυίας λέγων ὡς ἀναρπαγεῖσα ὑπὸ Βορέου κο-
μισθείη „ὑπέρ τε πόντον πάντ' ἐπ' ἔσχατα χθονὸς
νυκτός τε πηγὰς οὐρανοῦ τ' ἀναπτυχάς, Φοίβου πα-
λαιὸν κῆπον," οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὰ νῦν, ἀλλ' ἐα-
τέον, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ Φαίδρῳ ὁ Σωκράτης. ἃ δὲ ἔκ
τε τῆς παλαιᾶς ἱστορίας καὶ τῆς νῦν παρειλήφαμεν,
ταῦτα λέγωμεν.

Οἱ τοίνυν Ἕλληνες τοὺς Γέτας Θρᾷκας ὑπελάμ- 2
βανον· ᾤκουν δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Ἴστρου καὶ οὗτοι
καὶ οἱ Μυσοὶ Θρᾷκες ὄντες καὶ αὐτοὶ καὶ οὓς νῦν
Μοισοὺς καλοῦσιν, κτλ.

3, 1, 5. παρορίᾳ *BCl?* 7. τυρρεγετῶν *libri.*
11. τ' αὐτῶ *C*, ταῦτα τὰ *libri non nulli*, πάντα *Coraes*, *om E.*
16. πάντα 17. τε ἀναπτύχας, φοίβου τε *libri.*
19. Σωκράτης ἐᾷ *Meinekius coniecit.*

p. 305
3, 15 Πρὸς δὲ ταῖς ἐκβολαῖς (τοῦ Ἴστρου) μεγάλη νῆσός ἐστιν ἡ Πεύκη· κατασχόντες δ' αὐτὴν Βαστάρναι Πευκῖνοι προσηγορεύθησαν· εἰσὶ δέ καὶ ἄλλαι νῆσοι πολὺ ἐλάττους, αἱ μὲν ἀνωτέρω ταύτης αἱ δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ. ἑπτάστομος γάρ ἐστι· μέγιστον δὲ τὸ ἱερὸν στόμα καλούμενον, δι' οὗ σταδίων ἀνάπλους ἐπὶ τὴν Πεύκην ἑκατὸν εἴκοσιν, ἧς κατὰ τὸ κάτω μέρος ἐποίησε τὸ ζεῦγμα Δαρεῖος· δύναιτο δ' ἂν ζευχθῆναι καὶ κατὰ τὸ ἄνω. τοῦτο δὲ καὶ πρῶτόν ἐστι στόμα ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι εἰς τὸν Πόντον· τὰ δ' ἑξῆς ἐν παράπλῳ τῷ ἐπὶ τὸν Τύραν· διέχει δ' ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἕβδομον στόμα περὶ τριακοσίους σταδίους. γίνονται οὖν μεταξὺ τῶν στομάτων νησῖδες. τὰ μὲν δὴ τρία στόματα τὰ ἐφεξῆς τῷ ἱερῷ στόματί ἐστι μικρά, τὰ δὲ λοιπὰ τοῦ μὲν πολὺ ἐλάττονα τῶν δὲ μείζονα· Ἔφορος δὲ πεντάστομον εἴρηκε τὸν Ἴστρον. ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ Τύραν
p. 306 ποταμὸν πλωτὸν ἐνακόσιοι στάδιοι· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ δύο λίμναι μεγάλαι, ἡ μὲν ἀνεῳγμένη πρὸς τὴν θάλατταν ὥστε καὶ λιμένι χρῆσθαι, ἡ δ' ἄστομος.

17 .... ἡ δέ ὑπερκειμένη πᾶσα χώρα τοῦ λεχθέντος μεταξὺ Βορυσθένους καὶ Ἴστρου πρώτη μέν ἐστιν ἡ τῶν Γετῶν ἐρημία, ἔπειτα οἱ Τυρεγέται, μεθ' οὓς οἱ Ἰάζυγες Σαρμάται καὶ οἱ Βασίλειοι λεγόμενοι καὶ Οὖργοι, τὸ μὲν πλέον νομάδες, ὀλίγοι δὲ καὶ γεωρ-

3, 15, 1. τοῦ Ἴστρου *excidisse putat Groskurdius.*
2. πεύκινοι *A*, πευκῖνοι *C*, πευκινοὶ *Bl*? 7. εἴκοσι *Kramerus, corr Meinekius.* 17. ἐνναχόσιοι *Kramerus.*
17, 3. τυρρεγέται *ABl*, τυραγέται *epit.*, τυριγέται *C*?
5. Γεωργοὶ *pro* Οὖργοι *aperte falsa Mannerti coniectura. conf. v.* 5 *et p.* 311.

γίας ἐπιμελούμενοι· τούτους φασὶ καὶ παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκεῖν, ἐφ' ἑκάτερα πολλάκις. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Βαστάρναι μὲν τοῖς Τυρεγέταις ὅμοροι καὶ Γερμανοῖς, σχεδόν τι καὶ αὐτοὶ τοῦ Γερμανικοῦ γένους ὄντες, εἰς πλείω φῦλα διῃρημένοι. καὶ γὰρ Ἄτμονοι λέγονταί τινες καὶ Σιδόνες, οἱ δὲ τὴν Πεύκην κατασχόντες τὴν ἐν τῷ Ἴστρῳ νῆσον Πευκῖνοι, Ῥωξολανοὶ δ' ἀρκτικώτατοι τὰ μεταξὺ τοῦ Τανάιδος καὶ Βορυσθένους νεμόμενοι πεδία. ἡ γὰρ προσάρκτιος πᾶσα ἀπὸ Γερμανίας μέχρι τῆς Κασπίας πεδιάς ἐστιν, ἣν ἴσμεν· ὑπὲρ δὲ τῶν Ῥωξολανῶν εἴ τινες οἰκοῦσιν οὐκ ἴσμεν . . . .

Λοιπὴ δ' ἐστὶ τῆς Εὐρώπης ἡ ἐντὸς Ἴστρου καὶ **5**, 1
τῆς κύκλῳ θαλάττης, ἀρξαμένη ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδριατικοῦ μέχρι τοῦ ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου, ἐν ᾗ ἔστιν ἥ τε Ἑλλὰς καὶ τὰ τῶν Μακεδόνων καὶ τῶν Ἠπειρωτῶν ἔθνη καὶ τὰ ὑπὲρ τούτων πρὸς τὸν Ἴστρον καθήκοντα . . . . δεῖ δ' ἀπὸ τοῦ Ἴστρου τὴν ἀρχὴν p. 313
ποιήσασθαι τὰ ἐφεξῆς λέγοντας τοῖς περιοδευθεῖσι τόποις· ταῦτα δ' ἔστι τὰ συνεχῆ τῇ Ἰταλίᾳ τε καὶ ταῖς Ἄλπεσι καὶ Γερμανοῖς καὶ Δακοῖς καὶ Γέταις . . . . λέγωμεν δὴ τὰ Ἰλλυρικὰ πρῶτα συνάπτοντα τῷ τε Ἴστρῳ καὶ ταῖς Ἄλπεσιν, αἳ κεῖνται μεταξὺ τῆς Ἰταλίας καὶ τῆς Γερμανίας, ἀρξάμεναι ἀπὸ τῆς λίμνης

8. τυρρεγέταις *ABl*, τυριγέταις *C*? γερμανοὶ *ABC*.
10. Ἄλμονοι, Ὄλμονοι? *Zeussius* 127. 12. πεύκινοι *A*, πευκίνοι *C*, πευκινοί *Bl*. ῥωξανοὶ *AB*, ῥοξάνοι *CE*. *conf. p*. 294. 4, 17. 16. ῥωξανῶν *A*, ῥοξανῶν *B*, ῥωξάνων *CE*.
5, 1, 5. ἰσθμὸν *libri, corr Tyrwhittius*. 11. ἃ κεῖται
12. ἀρξάμενα *libri, corr Coraes*.

τῆς κατὰ τοὺς Οὐινδολικοὺς καὶ Ῥαιτοὺς καὶ Ἐλβητ-τίους.

2 Μέρος μὲν δή τι τῆς χώρας ταύτης ἠρήμωσαν οἱ Δακοὶ καταπολεμήσαντες Βοίους καὶ Ταυρίσκους, ἔθνη Κελτικὰ τὰ ὑπὸ Κριτασίρῳ, φάσκοντες εἶναι τὴν χώραν σφετέραν, καίπερ ποταμοῦ διείργοντος τοῦ Παρίσου, ῥέοντος ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐπὶ τὸν Ἴστρον κατὰ τοὺς Σκορδίσκους καλουμένους Γαλάτας· καὶ γὰρ οὗτοι τοῖς Ἰλλυρικοῖς ἔθνεσι καὶ τοῖς Θρᾳκίοις ἀναμὶξ ᾤκησαν· ἀλλ' ἐκείνους μὲν οἱ Δακοὶ κατέλυσαν, τούτοις δὲ καὶ συμμάχοις ἐχρήσαντο πολλάκις. τὸ δὲ λοιπὸν ἔχουσι Παννόνιοι μέχρι Σεγεστικῆς καὶ Ἴστρου πρὸς ἄρκτον καὶ ἕω· πρὸς δὲ τἆλλα μέρη ἐπὶ πλέον διατείνουσιν.

E POMPONII MELAE DE CHOROGRAPHIA

LIBRO I.

3. 15 Europa terminos habet ab oriente Tanain et Maeotida et Pontum, a meridie reliqua nostri maris, ab occidente Atlanticum, a septentrione Britannicum Oceanum . . . .
18 gentium prima est Scythia, alia quam dicta est ad Tanain, media ferme Pontici lateris; hinc in Aegaei partem pertinens Thraciae ac Macedoniae adiungitur. tum Graecia prominet Aegaeumque ab Ionio mari dirimit. Hadriatici la-

13. Ἐλβηττίους *Coraes, Meinekius*, τοινίους *libri* (*cf. p.* 192. 3, 2), Βοΐους *Casaubonus, Zeussius* 233.

2, 2. δάκοι *BCl.* 3. εκρετοσείρῳ *AlB*, κρετοσίρω *C et B ex correctura. conf. p.* 303 *sq.* φάσκοντος *Al.* 8. δάκοι *BCl.* 10. μέχρις αἰγεστικῆς *A.*

tus Illyris occupat. inter ipsum Hadriaticum et Tuscum Italia procurrit. in Tusco intimo Gallia est, ultra Hispania. haec in occidentem diuque etiam 19
ad septentrionem diversis frontibus vergit. deinde rursus Gallia est, longe et a nostris litoribus huc usque permissa. ab ea Germani ad Sarmatas porriguntur, illi ad Asiam.

E LIBRO II.

. . . Callipidas Hypanis includit . . . Asiaces **1.** 7
proximus intra Callipidas Asiacasque descendit. hos ab Histricis Tyra separat. surgit in Neuris: qua exit, sui nominis oppidum adtingit. at ille qui Scythiae 8
populos a sequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quam desinit nomine exoritur. nam per inmania magnarum gentium diu Danubius est, deinde aliter eum adpellantibus accolis fit Hister acceptisque aliquot amnibus, ingens iam et eorum qui in nostrum mare decidunt tantum Nilo minor, totidem quot ille ostiis, sed tribus tenuibus, reliquis navigabilibus effluit.

. . . deinde Luna Ligurum et Tigulia et Genua **4.** 72
et Sabatiaet Albingaunum, tum Paulo et Varum flumina, utraque ab Alpibus delapsa, sed Varum quia Italiam finit aliquanto notius. Alpes ipsae ab his lito- 73

7, 1. 2. callippidas *A i. e. codex Vaticanus* 4929 *saec.* x *ineuntis.* 3. pyra *Ax* (*reliqui libri aut omnes aut plerique*).
8, 7. Nilus — septem in ora se scindens — evolvitur 1, 8. 51.
72, 1. ligulia *Ax.* 2. albincaunum *Ax.*

ribus longe lateque diffusae, primo ad septentrionem magno gradu excurrunt, deinde ubi Germaniam adtigerunt, verso inpetu in orientem abeunt diremptisque populis inmanibus usque in Thraciam penetrant.

5. 74 Gallia, Lemanno lacu et Cebennicis montibus in duo latera divisa atque altero Tuscum pelagus adtingens altero Oceanum, hic a Varo illic a Rheno ad Pyrenaeum usque permittitur. pars nostro mari adposita (fuit aliquando Bracata, nunc Narbonensis) est magis culta et magis consita ideoque etiam laetior. . . .
79 Rhodanus non longe ab Histri Rhenique fontibus surgit: dein Lemanno lacu acceptus tenet inpetum seque per medium integer agens, quantus venit, egreditur, et inde contra in occidentem ablatus aliquamdiu Gallias dirimit.

E LIBRO III.

. . . Varduli, una gens hinc ad Pyrenaei iugi promunturium pertinens, cludit Hispanias.

2 16 Sequitur Galliae latus alterum, cuius ora primo nihil progressa in altum, mox tantumdem paene in pelagus excedens quantum retro Hispania absceserat, Cantabricis fit adversa terris et grandi circuitu adflexa ad occidentem litus advertit. tunc ad septentriones conversa iterum longo rectoqne tractu
20 ad ripas Rheni amnis expanditur . . . regio quam

79, 1. histria archenique *Ax.*
1. vardulli *Aet non nulli alii.*

incolunt omnis Comata Gallia. populorum tria summa nomina sunt terminanturque fluviis ingentibus. namque a Pyrenaeo ad Garumnam Aquitani, ab eo ad Sequanam Celtae, inde ad Rhenum pertinent Belgae. Aquitanorum clarissimi sunt Ausci, Celtarum Haedui, Belgarum Treveri, urbesque opulentissimae in Treveris Augusta, in Haeduis Augustodunum, in Auscis
Eliumberrum . . . Rhenus Alpibus decidens prope a 24
capite duos lacus efficit, Venetum et Acronum. mox diu solidus et certo alveo lapsus haud procul a mari huc et illuc dispergitur, sed ad sinistram amnis etiamnum et donec effluat Rhenus, ad dextram primo angustus et sui similis, post ripis longe ac late recedentibus iam non amnis sed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur, eiusdemque nominis insulam amplexus fit iterum artior iterumque fluvius emittitur.

Germania hinc ripis eius usque ad Alpes, a 3. 25
meridie ipsis Alpibus, ab oriente Sarmaticarum confinio gentium, qua septentrionem spectat Oceanico
litore obducta est. qui habitant inmanes sunt ani- 26
mis atque corporibus et ad insitam feritatem vaste utraque exercent, bellando animos, corpora assuesuetudine laborum, maxime frigoris. nudi agunt antequam puberes sint, et longissima apud eos pue-

20, 7. treviri *margo A.* 8. angustodunum *A.* 26. 27, 1. *Caesar BG.* 4, 1, 9. 10. 6, 21, 3—5. 26, 3. assuetudinis et aliorum *pr A*, *corr ab altera manu.* assuetudinem *vel* -dine malorum, consuetudines laborum? *alii.*

ritia est. viri sagis velantur aut libris arborum,
27 quamvis saeva hieme. nandi non patientia tan-
tum illis, studium etiam est. bella cum finitimis
gerunt: causas eorum ex libidine arcessunt, neque
inperitandi prolatandique quae possident (nam ne
illa quidem enixe colunt), sed ut circa ipsos quae
28 iacent vasta sint. ius in viribus habent, adeo ut
ne latrocinii quidem pudeat, tantum hospitibus boni
mitesque supplicibus, victu ita asperi incultique ut
cruda etiam carne vescantur aut recenti aut cum
rigentem in ipsis pecudum ferarumque coriis ma-
29 nibus pedibusque subigendo renovarunt. terra
ipsa multis inpedita fluminibus, multis montibus
aspera et magna ex parte silvis ac paludibus invia.
paludum Suesia, Metia et Melsyagum maximae, sil-
varum Hercynia, et aliquot sunt quae nomen ha-
bent, sed illa dierum sexaginta iter occupans ut
30 maior aliis ita et notior. montium altissimi Taunus et
Retico, nisi quorum nomina vix est eloqui ore Ro-
mano. amnium in alias gentes exeuntium Danu-
bius et Rhodanus, in Rhenum Moenis et Lupia, in
31 Oceanum Amisis, Visurgis et Albis clarissimi. super
Albim Codanus ingens sinus magnis parvisque in-
sulis refertus est. hac re mare, quod gremio lito-

27, 2—6. *Caesar BG.* 4, 3, 1. 6, 23, 1. 2. 27, 4. 5. *BG.* 6, 22, 1. 6. sint *corr ex* sinunt? *A,* sinunt *vel* sinant *x.* 28, 2. 3. *BG.* 6, 23, 6. 9. 29, 5. habeant *pr A.* 6. *Caesar BG.* 6, 25, 4. 30, 1. quarum *pr A.* 5. amissisius urgis *Ax.* 31, 3. acre *Ax.*

rum accipitur, nusquam late patet nec usquam
mari simile, verum aquis passim interfluentibus ac
saepe transgressis vagum atque diffusum facie am-
nium spargitur: qua litora adtingit, ripis contentum
insularum non longe distantibus, et ubique paene
tantumdem, it angustum et par freto curvansque
se subinde longo supercilio inflexum est. in eo 32
sunt Cimbri et Teutoni, ultra ultimi Germaniae
Herminones.

Sarmatia intus quam ad mare latior, ab his quae **4.** 33
secuntur Vistula amne discreta, qua retro abit
usque ad Histrum flumen inmittitur. gens habitu
armisque Parthicae proxima, verum ut caeli aspe-
rioris ita ingenii. non se urbibus tenent et ne sta- 34
tis quidem sedibus. ut invitavere pabula, ut ce-
dens, ut sequens hostis exegit, ita res opesque se-
cum trahens semper castra habitant, bellatrix,
libera, indomita et usque eo inmanis atque atrox
ut feminae etiam bella cum viris ineant; atque ut
habiles sint, natis statim dextra aduritur mamma:
inde expedita in ictus manu quae exeritur virile
fit pectus. arcus tendere, equitare, venari puella- 35

7. contentus *Ax*, *corr Vossius.* 9. cŭransque *A*, curansque *alii.* 32, 2. imbri *Ax.* tautoni *Ax*, *corr non nulli.* 3. hermiones *Ax.*

33, 2. abiit *Ax.* 3. inmittit *Ax.* laus sarmatarum *margo A.* 34, 4. habitant *Ax.* 7. 8. amazonibus uri dexteram mammam *margo A.* 8. manus *Ax*, *corr Vadianus.* 35, 1. puellaria pensa apud amazones *margo A.*

ria pensa sunt, ferire hostem adultarum stipendium est, adeo ut non percussisse pro flagitio habeatur sitque eis poenae virginitas.

5. 36 inde Asiae confinia, nisi ubi perpetuae hiemes sedent et intolerabilis rigor, Scythici populi incolunt, fere omnes et in unum Belcae adpellati. in Asiatico litore primi Hyperborei super aquilonem Riphaeosque montes sub ipso siderum cardine iacent, ubi sol non cotidie ut nobis, sed primum verno aequinoctio exortus autumnali demum occidit, ideo sex mensibus dies et totidem aliis nox usque
44 continua est . . . . ultra Caspium sinum quidnam esset ambiguum aliquamdiu fuit, idemne Oceanus an tellus infesta frigoribus, sine ambitu ac sine
45 fine proiecta. sed praeter physicos Homerumque, qui universum orbem mari circumfusum esse dixerunt, Cornelius Nepos ut recentior, auctoritate sic certior; testem autem rei Quintum Metellum Celerem adicit eumque ita rettulisse commemorat: cum Galliae pro consule praeesset, Indos quosdam a rege Sueborum dono sibi datos; unde in eas terras devenissent requirendo cognosse, vi tempestatium ex Indicis aequoribus abreptos emensosque quae interierant tandem in Germaniae litora exisse. restat ergo pelagus, sed reliqua lateris eiusdem assiduo gelu durantur et ideo deserta sunt.

45, 7. botorum *A et plerique alii*, Baetorum *Vossius*, Sueborum *Plinius* II 170. 8. tempestatum *x*. 9. intere^{r}ant *A*.

. . . Britannia qualis sit qualesque progeneret, 6. 49
mox certiora et magis explorata dicentur. quippe
tamdiu clausam aperit ecce principum maximus,
nec indomitarum modo ante se, verum ignotarum
quoque gentium victor propriarum rerum fidem ut
bello affectavit ita triumpho declaraturus portat. ce- 50
terum, ut adhuc habuimus, inter septentrionem oc-
cidentemque proiecta grandi angulo Rheni ostia pro-
spicit, dein obliqua retro latera abstrahit, altero
Galliam, altero Germaniam spectans, tum rursus
perpetuo margine directi litoris ab tergore abducta
iterum se in diversos angulos cuneat triquetra et
Siciliae maxime similis, plana, ingens, fecunda, ve-
rum iis quae pecora quam homines benignius alant . . .

super Britanniam Iuverna est, paene par spa- 53
tio, sed utrimque aequali tractu litorum oblonga,
caeli ad maturanda semina iniqui, verum adeo
luxuriosa herbis, non laetis modo sed etiam dulci-
bus, ut se exigua parte diei pecora inpleant et,
nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta dissiliant.
. . . . cultores eius inconditi sunt et
omnium virtutum ignari *quam aliae gentes ali-
quatenus tamen gnari*, pietatis admodum expertes.

49. britanniae descriptio *margo A.* 50. laus britanniae *margo A.* 53, 1. brittaniam *pr A.* 2. aequalis *Ax.* 4. luxuriosas herbas *Ax.* 6. *inter* dissiliant *et* cultores *tredecim fere litterarum spatium A.* memoranda de schotthis. eadem est enim hibernia quae et schotthia *margo A.*
8. 9. *ita Ax.*

54 triginta sunt Orchades angustis inter se diductae spatiis, septem Haemodae contra Germaniam vectae. in illo sinu quem Codanum diximus est Scadinavia, quam adhuc Teutoni tenent, et ut fecunditate alias ita magnitudine antestat.
55 quae Sarmatis adversa sunt, ob alternos accessus recessusque pelagi et quod spatia quis distant modo operiuntur undis modo nuda sunt, alias insulae videntur, alias una et continens terra . . . .
56 in his esse Oeonas, qui ovis avium palustrium et avenis tantum alantur, esse equinis pedibus Hippopodas et Panuatios, quibus magnae aures et ad ambiendum corpus omne patulae nudis alioquin pro veste sint, praeterquam quod fabulis traditur, auctores etiam quos sequi non pigeat invenio.

57 Thyle Belcarum litori adposita est, Grais et nostris celebrata carminibus. in ea, quod ibi sol longe occasurus exsurgit, breves utique noctes sunt, sed per hiemem sicut aliubi obscurae, aestate lucidae, quod per id tempus iam se altius evehens,

54, 1. deductae *A cum aliis non nullis*, ductae *x*. 3. diximus (3, 3, 31 magnis parvisque insulis refertum) ex iis codanovia *A cum aliis non nullis*, ex his, et hinc, et iis, et his *reliqui*. *de* existit, excellit *cogitavimus*. 4. et ut *Ax*. 55, 3. quot *Ax*. 5. terra, *et spatium octo litterarum A*. 56, 1. oeneas *Ax*, *conf. ad Plinium* IV 95. 3. sannalos *Ax*, *conf. ad Plinium* IV 95 *et Taciti Germ.* 37, 8. sannali auriti adeo ut omne corpus auribus tegere possint *margo A*. 5. prouecti *Ax*, pro veste *Vadianus*. 6. inuento *Ax*. 57, 1. belgarum *Ax*, *conf.* 3, 5, 36.

quamquam ipse non cernatur, vicino tamen splendore proxima inlustrat, per solstitium vero nullae quod tum iam manifestior non fulgorem modo sed sui quoque partem maximam ostentat.

EX C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBRO II.

(67) A Gadibus columnisque Herculis Hispaniae et 167
Galliarum circuitu totus hodie navigatur occidens.
septentrionalis vero Oceanus maiore ex parte navi-
gatus est auspiciis divi Augusti Germaniam classe
circumvecta ad Cimbrorum promunturium et inde
inmenso mari prospecto aut fama cognito Scythi-
cam ad plagam et umore nimio rigentia. propter
quod minime verisimile est illic maria deficere ubi
umoris vis superet . . . . . praeterea Nepos Corne- 169
lius auctor est Eudoxum quendam sua aetate, cum
Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum
Gades usque pervectum . . . . idem Nepos de sep- 170
tentrionali circuitu tradit Quinto Metello Celeri,
Afrani in consulatu collegae, sed tum Galliae pro-
consuli Indos a rege Sueborum dono datos, qui ex
India commerci causa navigantes tempestatibus essent

8. fulgore *Ax.*

169. *Mela* 3, 9, 90. 170. *Mela* 3, 5, 45. 3. Sueborum *R i. e. codex Riccardianus circa a.* MC *scriptus*, sueuorum? *E* (*Parisinus* 6795 *saec.* X *vel* XI) *F* (*Leidensis Lipsii n.* VII *sive Chifletianus saec.* XI) *d* (*Parisinus* 6797 *saec.* XIII).

in Germaniam abrepti. sic maria circumfusa undique dividuo globo partem orbis auferunt nobis nec inde huc nec hinc illo pervio tractu.

246 . . . a Germania inmensas insulas non pridem compertas cognitum habeo.

E LIBRO IV.

79 (24) .... inde ostia Histri. ortus hic in Germania iugis montis Abnobae ex adverso Raurici Galliae oppidi, multis ultra Alpes milibus ac per innumeras lapsus gentes Danuvi nomine, inmenso aquarum auctu et unde primum Illyricum adluit Hister adpellatus, LX amnibus receptis, medio ferme eorum numero navigabili, in Pontum vastis sex fluminibus evolvitur. primum ostium Peuces, mox ipsa Peuce insula, in qua proximus alveus * appellatus $\overline{\text{XIX}}$ p. magna palude sorbetur. ex eodem alveo et super Histropolin lacus gignitur $\overline{\text{LXIII}}$ passuum ambitu, Halmyrin vocant. secundum ostium Naracustoma appellatur, tertium Calonstoma iuxta insulam Sarmaticam, quartum Pseudostomon, dein insula Conopon diabasis, postea Borionstoma et Psilonstoma. singula autem

79, 2. abnoue *R*, abnobae *d*. saurici *Rd*. 4. danuvi *R*. 9. *lacunam indicavit Detlefsenus*. 11. almyrin *D* (*codex Vaticanus* 3861 *saec*. XI) *F*, almirin *RE*. 14. speudostomon *Rd et libri non nulli Solini* 13, 1. dein *Detlefsenus*, et in *EF*, et *DR*. 15. spireonstoma *libri*, spilonstoma *Solinus* (stenostoma *Ammianus* 22, 8, 44).

ora tanta sunt ut prodatur in $\overline{XL}$ passuum longitudinis vinci mare dulcemque intellegi haustum.

(25) ab eo in plenum quidem omnes Scytharum 80
sunt gentes, variae tamen litori apposita tenuere, alias Getae, Daci Romanis dicti, alias Sarmatae, Graecis Sauromatae, eorumque Hamaxobii aut Aorsi, alias Scythae degeneres et a servis orti aut Trogodytae, mox Alani et Rhoxolani. superiora autem inter Danuvium et Hercynium saltum usque ad Pannonica hiberna et Carnunti Germanorumque ibi confinium campos et plana Iazyges Sarmatae, montes vero et saltus pulsi ab his Daci ad Pathissum amnem. a Maro, sive Duria est a Suebis regnoque 81
Vanniano dirimens eos, aversa Basternae tenent aliique inde Germani. Agrippa totum eum tractum ab Histro ad Oceanum bis ad decies centum milium passuum in longitudinem, quattuor milibus quadringentis in latitudinem ad flumen Vistilam a desertis Sarmatiae prodidit. Scytharum nomen usquequaque transit in Sarmatas atque Germanos, nec aliis prisca illa duravit appellatio quam qui ex-

80, 2. litori *Fd*, litoriae *D*, litoriac E^1, litori ad E^2, litorae R^1, litora R^2. 6. et throxolani DE^2, et troxolani E^1F, et throxalani *R*. 7. hyrcinium *D*, hircinium *EF*, hirchinium *R*. 81, 2. auersa *Silligius*, abersa E^2F, auerba *x* (*reliqui*). basternaei *Rd et x*? 3. *Agrippa c.* 8. 4. bis decies *Martianus* 6, 663, *Dicuilus* 1, 7, 3 (1, 17). 5. quattuor *om Martianus*. IVCCCC milibus *Dic.* 6. uistia *DEF*, uistigia *E*, hiustia *Dic*, Vistula *Agrippa. conf.* 97, 1. 100, 1. a desertis F^2 *Dic*, adsertis DEF^1, aduestis *R*.

tremi gentium harum ignoti prope ceteris mortalibus degunt.

94 (27) exeundum deinde est ut extera Europae dicantur, transgressisque Riphaeos montes litus Oceani septentrionalis in laeva, donec perveniatur Gadis, legendum. insulae complures sine nominibus eo situ traduntur, ex quibus ante Scythiam quae appellatur Baunonia unam abesse diei cursu, in quam veris tempore fluctibus electrum eiciatur, Timaeus prodidit. reliqua litora incerta signata fama. septentrionalis Oceanus. Amalcium eum Hecataeus appellat a Parapaniso amne, qua Scythiam adluit: quod nomen eius gentis lingua significat congela-
95 tum. Philemon Morimarusam a Cimbris vocari, hoc est mortuum mare, inde usque ad promunturium Rusbeas, ultra deinde Cronium. Xenophon Lampsacenus a litore Scytharum tridui navigatione insulam esse inmensae magnitudinis Balciam tradit; eandem Pytheas [Abalum, Timaeus] Basiliam no-

94, 6. baunonia *A* (*codex Leidensis Vossianus n.* IV *saec.* IX *a Mommseno conlatus*) E^2F^2, raunonia E^1F^1, raunoniam *Da* (*codex Vindobonensis* CCXXXIV *saec.* XII), raunomiam *R*. 9. amalcium *A Solinus* 19, 2, amalchium *x Dicuilus Parisin.* 7, 5, 1 (7, 19), almachium *E Dic Dresd. Venet.* 10. alluit *A Dic*, abluit R^1 *Da*, Scythia adluitur *Solinus*. 11. lingua F^2 *Solinus Dic, om Ax.* 95, 2. inde *DEF Dic, om AR.* 3. roudoas F^2, rubeas *Sol Dic*, rusbeas *Ax.* crenium *EFRad.* 5. Abalciam *Solinus* 19, 6. 6. *uncis inclusa in libris desunt. conf.* 37, 35. nominant *A.*

minat. feruntur et Oeonae in quis ovis avium et avenis incolae vivant, aliae in quibus equinis pedibus homines nascantur Hippopodes appellati. Panotiorum aliae in quibus nuda alioqui corpora praegrandes ipsorum aures tota contegant.

96 incipit deinde clarior aperiri fama ab gente Ingvaeonum quae est prima in Germania. mons Saevo ibi inmensus nec Riphaeis iugis minor inmanem ad Cimbrorum usque promunturium efficit sinum, qui Codanus vocatur, refertus insulis quarum clarissima est Scadinavia inconpertae magnitudinis, portionem tantum eius quod notum sit Hillevionum gente quingentis incolente pagis, quae alterum orbem terra-

7—11. *Mela* 3, 6, 56. 8. oeonae *ARDdx*, oeonas-es oaeones oecenas *et similiter libri Solini*, oeocenae *Dic* 7, 5, 3 (7, 21). 10. fanesiorum *AEd*, fanestorum *DFa*, *in R lacuna*, phanesiorum fannesiorum hanesiorum *libri Solini* 19, 7, Panotios *Isidorus* 11, 3, 19 *ex Plinio*.

96, 2. inguaeonum *ARDa Solinus* 20, 1 *Dic* 7, 5, 4 (7, 22). prima in Germania *Dic Detlefsenus*, prima inde germania *EDRad*, inde prima Germaniae *A*. saevo *AD Solinus Dic*, sevo *Rd*. 3. ripaeis *RD*. *Solinus haec ita rettulit* Mons Saevo — initium Germaniae facit. Inguaeones tenent, a quibus primis post Scythas nomen Germanicum consurgit, dives virum terra, frequens populis numerosis et inmanibus. extenditur inter Hercynium saltum et rupes Sarmatarum (*conf. Plin.* 4, 80). ubi incipit, Danuvio, ubi desinit, Rheno perfunditur.

6. scadinauia *DF Dic*, scatinauia *AE*^{2}, scandinauia *R*, sandinauia *E*^{1}, gangavia *Solinus* 20, 8, scandauia candinauia candauia *Dic* 7, 4, 3 (7, 18). 7. illevionum *R et Dicuili DV*.

rum eam appellat. nec minor est opinione Aeningia.
97 quidam haec habitari ad Vistilam usque fluvium a Sarmatis Venedis Sciris (hirris) tradunt, sinum Cylipenum vocari et in ostio eius insulam Latrim, mox alterum sinum Lagnum conterminum Cimbris. promunturium Cimbrorum excurrens in maria longe paeninsulam efficit quae Thastris appellatur. XXIII inde insulae Romanis armis cognitae. earum nobilissimae Burcana Fabaria nostris dicta a frugis similitudine sponte provenientis, item Glaesaria a sucino militiae appellata, a barbaris Austeravia, praeterque Actavia.*
98 (28) toto autem mari ad Scaldim usque fluvium Germaniae accolunt gentes haud explicabili mensura. tam inmodica prodentium discordia est. Graeci et quidam nostri |$\overline{\text{XXV}}$| oram Germaniae tradiderunt, Agrippa cum Raetia et Norico longitudinem $\overline{\text{DCLXXXVI}}$, latitudinem $\overline{\text{CCXLVIII}}$, Raetiae prope unius maiore la-

9. aeningia *A*, aepingia *F*², epigia *Ead Dic* 7, 5, 4 (7, 22), aepigia *x*.

97, 1. uisilam *A*, insulam *E*¹*F*¹*a* (*Dic*), uisulam *x*. 2. benedis *A*. sciris hirris *A*, cyris hyris *Dd*, scyris hyris *E*, ciris hyris *F*¹, ciris hyrys *R*, cyris hiris *a*, scirisque *Dic*. cylipenum *Aad*, cylypenum *x*. 3. latrim *AF*, latri *x*. 6. qua et astris *A*, thastris *F*¹, chartris *E*, carthris *a*, qua et hartris *R*, thartris *Dx*. 8. burchana *a*. multitudine *cod. Dalecampi*, *Detlefsenus*. 9. glesariaesucino *DRa*. 10. actanta *Da*, actania *x*?

98, 3. $\overline{\text{XXV}}$. *A*, ·XXV· *DEFRad*? 5. *Agrippa c.* 19. raetiae norico *A*, graeciae morico *DRa*. $\overline{\text{DCXXXVI}}$ *A*, ·DCLXXXVI· *DRad et x*? 6. ·$\overline{\text{CCXLVIII}}$ *A*, ·CXLVIII· *DRa et x*? rhaetię *A*, rhetię *D*, Rheticę *a*, *x*?

titudine, sane circa excessum eius subactae; nam Germania multis postea annis nec tota percognita est. si coniectare permittitur, haut multum ora deerit Graecorum opinioni et longitudini ab Agrippa proditae.

Germanorum genera quinque. Vandili quorum 99
pars Burgondiones uarinne Charini Gutones. alterum genus Ingvaeones quorum pars Cimbri Teutoni ac Chaucorum gentes. proximi autem Rheno Istvaeones quorum pars . . . . . mediterranei Herminones quorum Suebi Hermunduri Chatti Cherusci. quinta pars Peucini, Basternae supra dictis contermini Dacis.

amnes clari in Oceanum defluunt Guthalus 100
Visculus sive Vistila Albis Visurgis Amisis Rhenus

8. germaniae *DRad*.

99, 1. uandiliciuorum *D*, viandilici. horum *a* = uandilici *F*, uandalici *R*? 2. burgodiones *ADR*, burgudiones *a*, burgundiones *d*, *x*? uarinne charini *A*, uarin nec harini *D*, uarine charini *R*, uarin necharin *a*, uarinne carini *d*. gmones *DRd*, ginones *a*. 3. ingyaeones *A*, ingyaones F^2, incyeones *Rd*, incyaeones *Dax*. teutoni a chaucorum *A*, th̊euthonię (teu- *a*) achucorum (a eh- *R*, acb- *a*) *DRa*. 4. istriaones *A*, istriones F^2 *in rasura*, sthriaones E^2, sthraeones *D*, sthraones E^1, stheones *R*, thracones *a*. 5. pars *om A*. *pro lacuna* cymbri *F*, cimbri theuthonie achucorum *R*?, cimbri *Ax*. hermiones *libri*. 6. suebi *ADR*. chati *A*, chathi *R*.

100, 1. gythalus *A*, gothalus *a*, guttalus *d*, guthalus *DRx* *Solinus* 20, 2. 2. uisculus *ADRadx*. *fortasse* Vistulus *scribendum est*. vistila aluus *A*, uistila aluus E^2 (olbis E^1), uistilia albis F^2, uisti (uisci *R*) albis *DFRadx*, alba guthalus uistla (uiscla) *Solinus*. amisis *A*, amissis *x*. rhenos *A*, renus *a*.

Mosa. introrsus vero nullo inferius nobilitate Her-
101 cynium iugum praetenditur. (29) in Rheno autem ipso, prope $\overline{\text{c}}$ in longitudinem, nobilissima Batavorum insula et Cannenefatium et aliae Frisiorum Chaucorum Frisiavonum Sturiorum Marsaciorum quae sternuntur inter Helinium ac Flevum. ita appellantur ostia in quae effusus Rhenus a septentrione in lacus, ab occidente in amnem Mosam se spargit, medio inter haec ore modicum nomini suo custodiens alveum.

102 (30) ex adverso huius situs Britannia insula clara Graecis nostrisque monimentis inter septentrionem et occidentem iacet, Germaniae Galliae Hispaniae, multo maximis Europae partibus, magno intervallo adversa. Albion ipsi nomen fuit, cum Britanniae vocarentur omnes de quibus mox paulo dicemus. haec abest a Gesoriaco Morinorum gentis litore proximo traiectu $\overline{\text{L}}$. circuitu patere $|\overline{\text{XXXXVIII}}|$ $\overline{\text{LXXV}}$ Pytheas et Isidorus tradunt, XXX prope iam annis no-

3. herchinium *A*, hercinium *D*, heroinium *R*, yrcinum *a*. 101, 1. reno *D*. 2. longitudine *A*. bathauorum *a*. 3. cannenfatium *D* (annen- *R*, canne- *a*, -cium *Rd*) *Rad*. 4. caucorum *DRa*. sturiorum *AF*², tusiorum *Ead*, turiorum *x*. 5. helinum *R*, elinium *a*. 6. effussus *A*. 7. lacu *A*. sparuit *Dad*. 8. chore *A*.

102, 1. brittannia *A ubique*, brittania *R*. 2. *Mela* 3, 6, 50. 7. gesoriacu *A*, geseriacu *DE*, geseriaco *Rd*², gesiriaco *P* (*Paris*. 4860 *saec*. X.) 8. $\overline{\text{XXXXVIII}}$. LXXV *A Solinus* 22, 10 (18), XLVIII. LXXV *P*, $\overline{\text{XXXVII}}$. XXV *Dd*, $\overline{\text{XXXVIII}}$. XXV *ER Martianus* 6, 666, $\overline{\text{XXXVIIII}}$. XXV *F*.

titiam eius Romanis armis non ultra vicinitatem
silvae Calidoniae propagantibus. Agrippa longitu-
dinem $\overline{\text{DCCC}}$ esse, latitudinem $\overline{\text{CCC}}$ credit, eandem
Hiberniae, sed longitudinem $\overline{\text{CC}}$ minorem. super 103
eam haec sita abest brevissimo transitu a Silurum
gente $\overline{\text{XXX}}$. reliquarum nulla $\overline{\text{CXXV}}$ amplior circuitu
proditur. sunt autem XL Orcades modicis inter in-
ter se discretae spatiis, VII Haemodae, XXX Haebudes,
et inter Hiberniam ac Britanniam Mona Monapia
Ricinia Vectis Silimnus Andros, infra vero Samnis
et Uxantos, et ab adversa in Germanicum mare
sparsae Glaesiae, quas Electridas Graeci recentiores
appellavere, quod ibi electrum nasceretur. ultima 104
omnium quae memorantur Thyle, in qua solstitio

11. calidoniae *APR Martianus*, calydoniae *x*. 13. = *Dimensur. prov. c.* 30 (*Oros.* 1, 2, 31). 103, 1. *Mela* 3, 6, 53. 4. 5. *Mela* 3, 6, 54. 5. acmode *A*, accomode *P*, haecmodoe *E*², haecmodae *x* (*DAK.* 1, 379). hebudes *Ax*, Αἰβοῦδαι *Steph. Byz.* 37, 15 *e Marciano*, Ἐβοῦδαι *cod. Mirand. Ptolemaei* 2, 2, 11. 6. mona monapia *F*² *in rasura*, mona mana. pia *A*, mona namana pia *P*, mona mana apta *E*², monam apta *DE*¹, moram appa *R*, Μονάοιδα (Μοναρίνα *cod. Mir.*), Μόνα *Ptol.* 2, 2, 12. (Mevania *Oros.* 1, 2, 35, *Iulius Honorius p.* 9.) 7. riginia *AP*, ricnea *DFF*² *in ras.* rignea *R*, Ῥικίνα (Ῥίκεννα *cod. Mir.*) *Ptol.* 2, 2, 11. (Vecta, Riduna *itin. Anton.* 509, 2.) silumnus *AP*, silinmus *x*, Λίμνος *Ptol.* andros *Ax*, Ἔδρος (Ἄδρος *cod. Mir.* Ὄδρος *al.*) *Ptol.* Andium *itin. Ant.* 509, 3. sambis *A*, sumbis *P*, amnos *R*, amnis *x*, Σαμνῖται *Strabo p.* 198 *Ptol.* 2, 8, 6 *Steph. Byz.* 553, 7, Ἀμνῖται *Dion. perieg.* 571.
8. Uxantis *itin. Ant.* (*DAK.* 1, 372), axanthos *A*, axantes *P*, axantos *x*. 9. glaesiae *F*, glosiae *P*, glesiae *x*.
104, 2. Thyle *Solinus* 22, 9 (11), thile *R*, tyle *Ax*? *Martianus*.

nullas esse noctes indicavimus, cancri signum sole transeunte, nullosque contra per brumam dies. hoc quidam senis mensibus continuis fieri arbitrantur. Timaeus historicus a Britannia introrsum sex dierum navigatione abesse dicit insulam Ictim in qua candidum plumbum proveniat. ad eam Britannos vitilibus navigiis corio circumsutis navigare. sunt qui et alias prodant, Scandias Dumnam Vergos maximamque omnium Berricen. ex qua in Thylen navigetur. a Thyle unius diei navigatione mare concretum a nonnullis Cronium appellatur.

105 (31) Gallia omnis Comata uno nomine appellata in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime distincta. a Scalde ad Sequanam Belgica, ab eo ad Garunnam Celtica eademque Lugdunensis, inde ad Pyrenaei montis excursum Aquitanica, Aremorica antea dicta. universam oram XVII L Agrippa, Galliarum inter Rhenum et Pyrenaeum atque Oceanum ac montes Cebennam et Iures, quibus Narbonensem Galliam excludit, longitudinem CCCCXX, latitudinem

3. indicavimus 2, 186 *sq.* (*DAK.* 1, 386), *ubi et* 2, 246. 6, 220 *Detlefsenus in libris* Thyle *invenit.* 7. mictim *libri. vide DAK.* 1, 472 *sq.* 10. scandias AE^1, scandidas *P*, scandiam *x*. uergos *AP*, bergos *DEFRad*. 11. berricen *AP*. nerigon *Rd*, uerigon *x*. 11. 12. tylen, tyle *Ax*? 13. cronium AF^2P, sconium E^1, scronium *x*.

105, 1. comata uno *DEFRad*, commone *A*. *Mela* 3, 2, 20. 4. carunnam *A*, garam E^2. 6. XVII·L· *AE*, XVIII *DR*, XVII *F*. 6—10. *Agrippa c.* 20 (*supra p.* 50 *sq.*). 9. DCCCCXX, in latitudinem CCCVIII *Dicuilus* 1, 2, 1 (1, 6).

$\overline{\text{cccxviii}}$ computavit. a Scaldi incolunt Texuandri 106
pluribus nominibus, dein Menapi, Morini ora Marsacis iuncti pago qui Cersiacus vocatur, Britanni Ambiani Bellovaci Bassi. introrsus Catuslogi Atrebates, Nervi liberi, Viromandui Suaeuconi, Suessiones liberi, Ulmanectes liberi, Tungri Sunuci Frisiavones Baetasi, Leuci liberi, Treveri liberi antea et Lingones foederati, Remi foederati, Mediomatrici Sequani Raurici Helveti. coloniae Equestris et Raurica. Rhenum autem accolentes Germaniae gentium in eadem provincia Nemetes Triboci Vangiones, in Ubis colonia Agrippinensis, Cugerni Batavi et quos in insulis diximus Rheni.

(37) . . . Polybius latitudinem Europae ab Italia ad Oceanum scripsit |xi| L esse, etiam tum inconperta

106, 1. exerui *DER*, exeri‖ F^1, texeri F^2, texero *A post* incolunt *et ante* texuandri *Ax*, exuandri *Dd*. 2. ora marsacis *D*, oromarsacis *R*, ora marsucis E^1, ora marsaci AE^2, ora marsacii *F*. 3. chersicaus *A*, cersiacus *DEFRad*. 4. bellouaci bassi AE^2F^2, bellobasi *x*. catoslugi *A*, catuslugi *DEFRad*. atrevates *A*, atravates *R*. uiromandui DE^1FRad, ueromandui *A*. suaeuconi *A*, sueuconi (sneu- *R* *x*)? 6. ulmanectes AF^2 *in ras*, ulmaneetes *D*, ulmanetes *ER*, Σουβάνεκτα *Ptolemaeus* 2, 9, 11, Silvanectes *notit Gall.*? 7. batasi AF^2R, betasi E^2F^1R, betase *x*. 9. colonia equestres *A*, coloniae quaestrisa *D*. rauriaca *A*, rauriach DE^1, rauria ac *R*, rauriacha E^2, sauriaca F^2 *in ras*. 10. renum *D*. 11. trivoci *A*. in Ubis *Detlefsenus*, inubi *A*, inuuii *DEFRad*. coloniae *D*. 12. agrippinienses *A*, -niensis *D*. guberni *libri*. batabi *A*, uataui *DR*. 13. diximus 101. reni *D*.
2. $\overline{\text{xii}}$· $\overline{\text{L}}$· *A*, xi· L *DEFRad*.

122 magnitudine. est autem ipsius Italiae, ut diximus, |X| XX ad Alpes, unde per Lugdunum ad portum Morinorum Britannicum, qua videtur mensuram agere Polybius, |XI| LXVIIII. sed certior mensura ac longior ad occasum solis aestivi ostiumque Rheni per castra legionum Germaniae ab iisdem Alpibus dirigitur, |XII| XLIII.

E LIBRIS VI—XI.

VI 219 (39) . . . hactenus antiquorum exacta celebravimus. sequentium diligentissimi quod superest terrarum supra tribus adsignavere segmentis, a Tanai per Maeotim lacum et Sarmatas usque Borysthenen atque ita per Dacos partemque Germaniae, Gallias, Oceani litora amplexi, quod esset horarum XVI, alterum per Hyperboreos et Britanniam horarum XVII, postremum Scythicum a Ripaeis iugis in Thylen, in quo dies continuarentur ut diximus noctesque per vices.

VII 84 (20) . . . nocte ac die longissimum iter vehiculis Tib. Neronem emensum festinantem ad Drusum

122, 1. diximus 3, 43 decies centena et viginti milia passuum. 2. XI· XX· *Ax.* per *om Ax.* 3. Morinorum *deteriores libri,* porinorum *F,* borinorum *Ax.* brittannicum *A.* 4. ·XI· LXVIIII *A,* LXVIIII *F in ras,* XIII. XVIII *x.* 5. occassum *A.*

219, 3. supra *D*[2]*E, om x.* 5. per dacos *E,* per dacos pardalos (pardulos *R*) *x.* 8. tilen *R,* thulen *d?* 9. continui orientur *E.* diximus 4, 104. 2, 186 *sq.*

84, 2. tib. *E,* tibi *DR*[1], trib; *E*[2]*F*[2] *in ras,* tribus *R*[2].

fratrem aegrotum in Germaniam. ea fuerunt $\overline{\mathrm{cc}}$ passuum.

(15) ceterorum animalium, quae modo convecta un- VIII 38
dique Italiam contigere saepius, formas nihil attinet scrupulose referre. paucissima Scythia gignit inopia fruticum, pauca contermina illi Germania, insignia tamen boum ferorum genera, iubatos bisontes excellentique et vi et velocitate uros, quibus inperitum volgus bubalorum nomen inponit, cum id gignat Africa vituli potius cervique quadam similitudine.

(16) septentrio fert et equorum greges ferorum, 39
sicut asinorum Asia et Africa, praeterea alcen iuvenco similem, ni proceritas aurium et cervicis distinguat, item natam in Scadinavia insula nec umquam visam in hac urbe, multis tamen narratam achlin haud dissimilem illi, sed nullo suffraginum flexu, ideoque non cubantem sed adclinem arbori in somno eaque incisa ad insidias capi, alias velocitatis memoratae. labrum ei superius praegrande.

38, 2. italia *libri.* contingere *DEF.* 5. *Solinus* 20, 4 in omni septentrionis plaga visontes frequentissimi, qui bovis feri similes, saetosi colla, iubas horridi, ultra tauros pernicitate, capti adsuescere manu nesciunt. 6. et ui et *E*²*F*², ui et *R*, et uictu *D*, et ui||| *x*. sunt et uri *Solinus* 20, 5, uisos *DEFRx*. 8. cervique *Salmasius*, ceruice (-ae) *EF*², ceruicequae (-aequae) *Dx*.

39, 2. iumento *DEF.* 4. scandinavia *R*? Gangavia *Solinus* 20, 7. 5. hoc orbe *E*²*F*², hoc urbe *D*. 6. sed *R*, et *x*.

ob id retrograditur in pascendo ne in priora tendens involvatur.

143 (61) canes defendere Cimbris caesis domus eorum plaustris inpositas.

X

53 (27) mirum in hac alite (ansere) a Morinis usque Romam pedibus venire. fessi proferuntur ad primos, ita ceteri stipatione naturali propellunt eos. candidorum alterum vectigal in plumà. velluntur quibusdam locis bis anno. rursus plumigeri vestiuntur. mollior quae corpori proxima et e Germania laudatissima. candidi ibi, verum minores, 54 gantae vocantur. pretium plumae eorum in libras denarii quini. et inde crimina plerumque auxiliorum praefectis, a vigili statione ad haec aucupia dimissis cohortibus totis, eoque deliciae processere ut sine hoc instrumento durare iam ne virorum quidem cervices possint.

72 (35) abeunt et merulae turdique et sturni simili modo in vicina. sed hi plumam non amittunt nec occultantur, visi saepe ibi quo hibernum pabulum petunt. itaque in Germania hieme maxime turdi cernuntur.

132 (67) in Hercynio Germaniae saltu invisitata genera

54, 1. plurae F^1, plura *R*. 2. auxiliorum F^2, auxilium *x*. 6. possunt *EFR*.

72, 1. abeunte F^1R.

132. *Solinus* 20, 3 Saltus Hercynius aves gignit quarum pennae per obscurum emicant et interlucent, quamvis obtenta nox denset tenebras. unde homines loci illius plerumque nocturnos excursus sic destinant ut illis utantur ad praesidium

alitum accipimus quarum plumae ignium modo conluceant noctibus. in ceteris nihil praeter nobilitatem longiquitate factam memorandum occurrit. XI

(14) . . . aliubi enim favi cera spectabiles gignuntur 33
ut in Sicilia Paelignis, aliubi copia mellis ut in Creta Cypro Africa, aliubi magnitudine ut in septentrionalibus, viso iam in Germania octo pedum longitudinis favo in cava parte nigro.

(18) tunc ostenta faciunt privata ac publica, uva 55
dependente in domibus templisque, saepe expiata magnis eventibus . . . sedere in castris Drusi imperatoris cum prosperrime pugnatum apud Arbalonem est, haut quaquam perpetua haruspicum coniectura qui dirum id ostentum existimant semper.

(96) . . . mirum barbaras gentes quae lacte vivant 239
ignorare aut spernere tot saeculis casei dotem, densantes id alioqui in acorem iucundum et pingue butyrum. spuma id est lacte concretior lentiorque quam quod serum vocatur. non omittendum in eo olei vim esse et barbaros omnes infantesque nostros ita ungui.

E LIBRO XVI.

(1) Pomiferae arbores quaequae mitioribus sucis vo- 1
luptatem primae cibis attulerunt et necessario alimento delicias miscere docuerunt, sive illae ultro

itineris dirigendi praeiactisque per opaca callium rationem viae moderentur iudicio plumarum refulgentium.

1, 3. ultro sive ab *vulgata lectio*, sive *delevit Detlefsenus*.

ab homine didicere blandos sapores adoptione et conubio, — idque munus etiam a feris volucribusque didicimus, — intra praedictas constant. proximum erat narrare glandiferas, quae primae victum mortalium aluerunt, nutrices inopis ac ferae sortis, ni praeverti cogeret admiratio usu conperta, quaenam qualisque esset vita sine arbore ulla, sine frutice viventium.

2 diximus et in oriente quidem iuxta Oceanum complures ea in necessitate gentes. sunt vero et in septentrione visae nobis Chaucorum qui maiores minoresque appellantur. vasto ibi meatu bis dierum noctiumque singularum intervallis effusus in inmensum agitur Oceanus, operiens alternam rerum naturae controversiam dubiamque terrae sit
3 an partem maris. illic misera gens tumulos optinet altos ceu tribunalia extructa manibus ad experimenta altissimi aestus, casis ita inpositis, navigantibus similes cum integant aquae circumdata, naufragis vero cum recesserint, fugientesque cum mari pisces circa tuguria venantur. non pecudem his habere, non lacte ali ut finitimis, ne cum feris quidem

5. a *idem addidit.* 6. dedicimus D^1, dedimus D^2. constat *DEFG* (*cod. Paris.* 6796 *saec.* XI). 7. quae *Detlefsenus*, que D^2, quoque x. 9. ni] in *DG*. cogeret] congreget *DG*. conferta *DG*. 2, 1. diximus 13, 139. 3. caucorum *DEFG*. 6. alternam D^2, aeternam x. 7. dubiumque *E*. 3, 1. optinet D^2. 2. ceu *Detlefsenus*, sub D^2, aut x.

